cesserunt anatreon sci pho archilogic<sup>2</sup> symonides calo  
phoicus asclepius. virgi. ovidi. ora. ome. phetides vt  
tradit theren. Ceterum refert phidorus qz homines p<sup>2</sup>i  
mit<sup>2</sup> scripserūt sup folijs maluarz et hoc narrat catul<sup>2</sup>.  
Post modū autem greci cū stilo ferreo in cera scribere  
ceperunt. Et exinde romani cum stilo osseo scripserunt  
Vnde in sathira quadā romana dicitur vertamus vom  
erem in cerā mucroneqz arem<sup>2</sup> osseo. postea vero ciues  
ciuitatis memphitis cartas papireas inuenerunt. Vñ  
lucanus Cōficitur fibulo memphitis carta papiro. Et  
per tēporis successum reges pergamenorū vsum parga  
meni primo docuerunt. vnde pargamentum ita vocatū  
est. Et postreō romani membranīs politissimis primo  
vsi fuerunt. Ceterum apud romanos Emilius primus  
libros composuit. Et Marcus. varro grandem bibliote  
cam p<sup>2</sup>imitus conludit. Sed pollio bibliothecas rome  
primus publicauit. Et deinde galterus et omerus gre  
ce scribere ceperunt. quibus Marcus. Terentius et var  
ro latini successerunt

Capitulū. ii. d' loyca et eius autoribus seu iuentoribz

Este Isidoro libro. iii. ethimo. loyca est rationalis scientia in qua disputatur quomodo modum in rerum causis aut vite moribus ut veritas ipsa queretur. Et dicitur loyca a logos quod ē sermo. eo q̄ circa sermonem ratiocinantium versatur. Alio etiam nomine dyalectica vocatur. eo q̄ disputatio ex duoz sermone conficitur. hanc autem scientiam sc̄z dyalecticam primo iuenit Plato qui floruit cathegorys postmodum eius discipulus Porphirius floruit p̄sa- gogis Et boe. 30 phismatibus. Augustinus q̄ enigmatibus Aristotiles quoq̄ libros plurimos scripsit de hac scientia scilicet dyalectica videlicet librum periarmentias in quo agit de terminis librum predicamentorum in quo agit de ordine terminorum ad sua genera. librum priozum in quo agit de syllogismis. librum thopicorum in quo agit de locis. librum elencorum in quo agit de fallaciis. librum posteriorum in quo agit de demonstracionibus. Augustinus etiam loicam scripsit quā inple tam vidi. vltterius aduertendum q̄ dyalectica dicitur ars artium scientia scientiarum sine qua nulla scientia p̄fecte scitur. vnde isidorus li. ii. dyalectica est disciplina ad discernendas res causas iuenta. Et diuiditur secundum richardum in li. exsc̄ptionum in gramaticam et ratioz differendi. Sed hec diuisio diuina non est. Alio ergo modo potest dici q̄ logica tres habz partes quia scilicet considerat de terminis. de p̄p̄ositionibus. et de argumentacionibus. vnde argumentatio est subiectum loice eo q̄ omnia que in loica considerantur ad argumentacionem reducuntur. Argumentacionum autem duo sunt genera. quia que dam est formalis sc̄z syllogistica que tenet in omnibus terminis consimili forma retenta. forma autem tunc tenetur quando qualitas et quantitas p̄p̄ositionum seruantur. alia est argumentatio materialis que tenet solummodo gratia terminoz cuius modi sunt consequentie que fiunt in locis. rursus in dyalectica quedam sophismata dicuntur insolubilia non q̄ solui non possunt sed quia de difficili soluantur racoe implicacionis. eo q̄ falsificant se ipsa. vltterius in loica

est quedam ars que vocatur obligationū p̄ quā docet  
homo pertinet responderi et p̄pter concessionē pos-  
sibilis ab impossibili cauere Hoc autem omnia et singu-  
la speciali tractatu indigent p̄nunc autem scire suffici-  
at q̄ dialectica docet verum a falso discernere licite ar-  
guere fallacias euitare.

### Capitulum. iiii. de rethorica et eius inuentoribus

Este Isidoro rethorica est benedicendi sciē-  
tia et nominatur a copia locutionis. Nam re-  
tis apud grecos locutio dicitur. differt autē  
rethorica a dyalectica in duobus prout t̄git boecius in  
topicis. primo quia dyalectica cōsiderat orationes in se  
sine circūstantiis non curando de rebz. rethorica vero  
considerat cur. quis quando et huiusmodi. Et secundo  
differt quia dyalectica vtitur p̄positionibus breuibus  
et discontimuis. rethorica vero cōtinuo sermone p̄orat  
huius autē scientie inuentores apud grecos fuerūt goz-  
gias Hermogora. Apud latinos floruit Tullius. finis  
autē rethorice ē pulcre loqui verū suadere et huiusmodi  
quibz orator in suo sermōe placidus redditur. Cōtinet  
autē rethorica colores varios. Nam quidam dicūt colo-  
res verborū quozū ornatz cōsurgit ex verbis et vocabul-  
cuiusmodi sunt repetitio gradatio. Nā repetitio cōsur-  
git ex repetitōe alicuius dictionis in pluribus oratiōibz  
consequēter se habentibus Sicut diceremz superbia fe-  
cit cadere potentiam. superbia reñuit amicum et parē  
cōtemnit superbia semp̄ petit p̄esse pati q̄ recusat. alii  
autem sunt colores dicti sententiarum quozū ornatu  
non ex terminis sed ex rebus et sententiis accipitur hu-  
iusmodi sunt colores qui dicuntur similitudines con-  
trariuz. Sic enim de superbo diceremus. hic more lapi-  
dis durus itumescit humilem terram ex qua processit  
non imitatur de hiis autem omnibus multo latius alibi  
scripsi. rursus aduertēdum q̄ a rethorica dicti sunt re-  
thores quozū institutio facta fuit pro deffensione iu-  
ris rei q̄ publice. vnde qumtilianus in lib. de oratoria  
institucione. dicit q̄ orator debet esse vir celebris et in  
rep. debet tenere statum medium nullum q̄ formidare

iuri assistere secreta tenere. Vnde Isidorus libro ethi-  
mologiarum orator inquit est vir bonus dicendi peri-  
tus vita qz moribus et artibus imbutus cui scilicet ora-  
tori memoria maxime congruit. Quia teste tulio libro  
de oratore. Memoria est thesaurus omnium rerum que  
nisi rebus inuentis custodiatur omnia in mente orato-  
ris pereunt.

Capitulum. iiii. de nomine poetrie et autoribus eius  
et de fine apter quem inuenta est poetria.

Phorabius in libro de diuisione scientiarum  
dicit poetriam vltimaz esse partem logice. vñ  
dicit qz poetria est scientia ordinandi metra  
secundum proportionem dictionum et pedum. nihil  
omnis tamen poetria proprie non habet pro obiecto  
metrificare. sed potius fingere siue sit inprosa siue in  
metro. Vnde poetria dicitur a poys quod est fingere  
Huius autē scientie multi fuerunt autores famosi sicut  
omerus apud grecos. Virgilius apud latinos. narra-  
tamen lactātius libro secundo capitulo. ix. qz poetria i-  
uenta fuit a sapientibus romanorum. eo qz veritatem  
dicere clare non audebant. ob hoc victis sermonibus  
loqui didicerunt. vnde ouidius. ob hanc causam librū  
de tristibus compegit in quo poetico sermōe ea descri-  
bit que plano eloquio dicere non audebat vt patet li-  
brum inuenti. rursus sciendum qz poetria non est iuen-  
ta propter mentiri aut apter turpia d' diis fingere. qui-  
mo boraci2 nouellus poeta libro d' genalogia deoz il-  
los poetas redarguit. vt qui suozum deoz canūt il lece-  
bras. finis ergo poetarum non est mentiri vel irritare.  
Sed ex similitudinibus rerum vnam per aliam intelli-  
gere et ita veritate semper itenta ficto sermone suum  
conceptum exprimere. quis enim credidisset argū ha-  
buisse centum oculos aut po i faccam conuersam fuisse  
aut lichaonem in lupum. Hec autem omnes fictiones  
fuerunt non tamen mendatia. quinimo aliquas histo-  
rias veras ad mentem actoris referunt et nos alias hi-  
storias per illas intelligimus. quia vt plurimum men-  
tem poetarum ignoramus. verbi gratia. Si rome virgo  
aliqua violata fuit ab imperatore cui2 virginis custos

fuiſſet vir aliquis oculatiſſimus et ſapientiffimus Num  
quid rationabiliter fingere potuit po a pone uiclataz  
fuiſſe et in uaccam conuerſam ratione peccati carnis et  
quod brutale eſt argum qz eam cuſtodiuſſe fingere .  
Hys enim ſimilitudinibus fictiones rationabiliter in-  
uente fuerunt et ex bona ſcientia procedunt ingenio qz  
ſano . Sunt autem poetarum ſeptem genera ſecundum  
qz contingit ſeptem modis lacere poeſes . Vnde poeſz  
ſeptem ſunt ſpecies ſcilicet Comedia tragedia inuectio  
ſathira . fabula hiſtoria . argumentum Eſt autem come-  
dia poeſis habens principium triſte letum qz finem .  
Tragedia uero a leto principio inchoat et finem triſte  
habet . Inuectio eſt carmen reprehenſorium mala intē-  
tōe dpoſitū . Sathira uero ē carmen rep̄henſoriū bona i-  
tentione compoſitum . fabula autē eſt narzatio que nec  
vera nec uerifimilis ſcilicet ad litteram . Veruntamen  
ueritatem aliquam ſemper intendit alias non meretur  
dici poeſis . Hiſtoria autem eſt geſte rei narratio . argu-  
mentum eſt uilis uoluntaria ſimilitudo . Sciendum in-  
ſuper qz poete quidam ſunt dicti lirici eo qz eorum car-  
mina cum lira canebantur . Alii uero dicti ſunt tragedi  
eo quando canebant ſua carmina habebant hircum p̄  
premio qui apud grecos uocatur tragos . Alii uero ap-  
pellati ſunt Comedi a comedatione eo qz homines ſo-  
lebant poſt cibum . ut puta prandium ire ad audiendū  
carmina eoz . Alii autem dicti ſunt ſathirici uel ſathiri  
a ſaturitate . eo qz de pluribus rebus canebāt . et audi-  
entium animos ſaturabant . Notandum inſuper qz que-  
dam ſunt poeſes i quibus ſolus poeta loquitur ſicut uir  
in georgicis et dicuntur characteres . Alie autem ſunt  
in quibus nunquam poeta loquitur Et dicuntur carmi-  
na dogmatica huiusmodi ſunt amuniter comedie et  
tragedie . alie autem poeſes ſunt mixte quia ſcilicet poe-  
ta loquitur aliquando et aliquando non . Et huiusmo-  
di eſt liber . Enidum . Ceterum aduertendum qz poeſz  
multa ſozritur nomina . naz quandoqz dicitur proſa qn̄  
ſcilicet nō habet legem pedum ſeu certos pedes . aliqn̄  
uero dicitur metrificata . quando certis pedibus men-  
ſuratur . quandoqz etiam carmen rigmaticum appellatē  
quando fine ſimili terminatur . Et ſi carmen contineat

paucos versus a quibusdam vocabatur *pdiliō*. Si autē  
contineat duos versus vocatur *distinctio*. Si vero vnū  
versum contineat vocatur *monasticū*. et si carmina mul-  
tos contineant versus de multis rebus tunc vocantur  
*tentens*. Si autē carmen loquatur de pastoribus vocat̄  
*buccolicum* et dicitur a bobus. Et si loquatur de gestis  
hōm fortium tunc dicitur *heroicum*. nā heroes dicit̄  
tur quasi viri erē et celo digni propter sapientiā et for-  
titudinem. Si autē cōueniat miseris tūc dicitur *elegiacū*  
et si cōtineat lamentū. tūc vocatur *renos*. Et si cōueniat  
sepulcro tūc vocatur *epithaphium*. Si autē carmē sit ali-  
quis titulus v̄l subscriptō epigrama nōminatur. Insuper  
fabule sunt duplices. Quedam enim dicuntur *Esopice*  
que fingūt animalia bruta mutuo loqui. Alie sunt *libisti-  
ce* que fingunt homines cum brutis loqui et econuerso  
bruta cum hominibus.

#### Capitulum. v. quō poetria nō est cōtemnēda.

cete enim plures famosi fuerunt inter quos  
Virgilius floruisse fertur qui poetarum fuit  
preclarissim⁹. vt iquit *Mu. v. de ci. dei ca. iiii.*  
Qui Virgi. dict⁹ est a virga eo q̄ matri eius somnauit  
se peperisse quādam vigā que vsq; ad celum pertinge-  
ret quod nihil aliud fuit nisiq; virgiliū p̄tura erat quo  
loquente de altis celum tangeret prout ait *Flugo*. Hic  
autem virgilius in philosophia et in nigromācia fuit per-  
itissimus. Mirabilia q; eū fecisse refert *Alexander* necā  
*li. de naturis rerum*. refert enim q; cum ciuitas. ne apo-  
litana peste sanguifugarum vexaretur liberata est ab eo  
prociendo sanguifugam seu irundiem auream infundo  
putei *Euolutis* q; postmodū multis tēporibus p̄dicta  
irundo de puteo extracta est et mox tota ciuitas reple-  
ta irundinibus seu sanguifugis nec sedata est pestis an-  
q̄m sanguifuga in puteum remitteret. rursus d̄ ip̄o idē  
refert q; pontē areum cōstruxit et rome palaciū solēne  
edificauit nomine *colliseum* in quo cuiuslibet regionis  
imago lignea campanam manu tenebat et quotiens  
aliqua regio romanis rebellabat mox campanam ima-  
so regionis illius pulsabat et miles eneus infumitate

predicti fallacy stat at et hastam vibrabat in illā ptē  
que regio em illam respiciebat hoc etiam idem narzat  
Flugo. Vnd licet arti nigromantie admiratio non de  
beat. operibz tamen vngily admiratio debetur eius  
qz subtilitas huiusmodi narrationibus declaratur. rur  
sus alii fuerunt famosi poete. vt quidius qui precessit  
omerum quozū dicta quasi vaticinia nūcupata sunt floz  
uit etiam Esopus cuius fabulas commendat Agellus li. ii.  
Sed mirum est si fabule sint mēdose an ipis vt liciat.  
quibusdam enim apparet nō licere quoniam ars poetica  
inter scenicas seu meretriculas numeratur vt pōit com  
mentator hoc. pzi. de. con. ca. primo. Vnde plato iussit  
poetas de ciuitate expelli. eo qz dicebat eos virtutibus  
iūnicos Et i hoc comedat eum Tul. i. tus. q. li. ii. quibus  
dam igitur poetriam fore detestandā visum est. quozū  
imaginationi non credo. quia poetria utilis est si debi  
tō imitur fini si licito exerceatur vsu. Vnd August. libro  
primo cōfess. loquēs de poetis sic ait. didici inquit i eis  
multa verba utilia. vnde et sacra scriptura fictionibus  
vti qnqz inuenitur. Nam in libro iudicū fertur qz lingua  
sibi regē fecerunt si loqui nesciant. reuera sic fictō fuit  
qz significatio intenta verissima extitit itaqz non fuit fi  
ctum quod intenditur sed fictū est qz ex predictis pzi  
ma facie concipitur. De vera autem poetria conformitē  
fatebimur cuius finis non est mentiri sed sub verbis fi  
ctis veritatem describere. verum quidem qz fictionū  
quedam sunt inutiles. alie autem vtilis. vnd moerobi2  
libro primo quedam inquit sunt fabule voluptatis gra  
tia et alie exhortationis gratia. primas eliminavit sapia  
et in alyz qnqz loquitur. vnde sicut dicitur in li. d. ortu  
scientiarum. Sancti doctores in libris fabulas qnqz in  
troduxerunt Sicut Ambrosius qui libro tertio officioz  
recitat fabulam de illo qui iuenit annulum in equo en  
eo sub terza quem cum haberet in manu a nullo videri  
potuit de qua fabula dicit ambrosi2 et si vim veritatis  
non habeat tamen rationem habet. vt iuxta eā possit  
veritas manifestari. Eand em etiā fabulam narzat tul.  
li. iii. offi. Tales igitur fabule quibus veritas ptendit  
reprobande non sunt. vnde idem ambrosius super lū  
cam. ix. inserit fabulam de illo rege qui cum aliquo

tangeret aurum fiebat et sic fercula mortalia sibi fie-  
bant et ribus in ore non alimenta sed vlnera dabat po-  
tum q̄ deglutire nequibat. talia inquit ambrosi⁹ sunt  
beneficaydolozum vt cum videātur prodesse plus no-  
ceant Ecce videmus fabulam documentum pretendis-  
se. rursus aug. li. ii. sermonū sermone. xxvii. introducit  
fabulam illius de quo fertur q̄ vires sue augebantur  
quotiens terram tangebatur. quando cūq̄ igitur pugna-  
ret eo q̄ pacto cum aduersarius eum prostrabat ille in  
viribus preualebat. quam fictionem cristo conuenisse  
Aug. tradidit qui decidit per mortem vt gloriofius re-  
surgere. Ceterū jeronimus epi. C. ix. introduxit fabu-  
lam esopianam de cane tenente os in ore qui cum vi-  
disset maiorem vmbraz ossis in fonte os quod tenebat  
dimisit propter vmbraz. Ex his apparet igitur q̄ fabu-  
larum genus quoddam est vtile et in sacris eloquijs q̄n  
q̄ honestum. Sed quid dicemus ad ea que in contrari-  
um dicebantur. Dicebat enim agellius. q̄ poetria me-  
retricula est. Et rome plato poetas expulit de ciuitate  
vt refert tul. dicemus ergo q̄ poetria ido meretricula  
dicitur. quia ex principalibus scientijs non est vna sed  
inter minus principales numeratur. Alias enim sapien-  
tie nō assistisset cui tñ assistebat etiam vt inquit prealle-  
gatus expositor boe. rursus ad platonem dicemus q̄  
illos reprobabat poetas quibus mentiri vsus est et quoz  
fictiones turpia sonant. Alias autem poetas repudia-  
re non intendit quozum fictiones veritatem preēdūt  
Alias enim doctores sancti ipsos exponendo cristo nō  
applicassent. Insuper et philosophos vt fabulis nomi-  
mus. Vnde apuleius libro de deo soczatis fabulam in-  
troducitur de coruo tenente carnem in ore. Cui cum vul-  
percula dixisset q̄ ringnus melius cantabat illo. Coru⁹  
probare volens cōtrarium aperuit os et sic amisit car-  
nem et volens cantare potius crocitant quam cantā-  
uit suum q̄ defectum publicauit. Nec enim fabula hāc  
veritatem pretendit quoniam sc̄z multi magnificare se  
volentes vltra modum ruinā paciuntur Insuper titulli-  
uius libro. ii. introducit fabulam de conspitatione mē-  
brorum contra stomachum. ex hoc q̄ omnia dsumabat  
quibus laborant membra. Et cum fuisset ad iudicatum

q̄ stomacho nihil daretur mēbra omnia laqueunt Vñ  
oportuit stomacho iterum dare intra qđ mēbris distri  
bueret. Nec siquidem fabula hanc pretendit veritatem  
quia scilicet mltis de alienis bonis derogat a quib2 tñ  
sustētantur et cum procurauerint eorū destitutiōz. ipsi  
procurāres indigentiores fiūt illi vsqz vñ illozū postu  
lant restitutōz cui vel quibus subtrahendum suaserūt  
Hanc etiam eandem fabulam introducit polizatus li.  
sexto ca. xx. Ex quibus omnib2 clare patescit poemata  
non esse repudianda eo modo quo aliqui poetriam ig  
norantes repudiant. quia teste eodem polizato. li. vii  
ca. ix. Sicut inquit omnia animantia fuerunt accessa ho  
mini excepto qđ non deberet comedere carnem cum  
sanguine vt patet gen. ix. Sic omnes scripture tam poe  
tarum quam etiam gentiliū legi possunt ad utilitatem  
exclusis tamen erroribus qui per sanguinem itelligūt.

#### Capitulum. vi. de arismetica.

arismetica est disciplina numerorū. greci enim  
numerum richmon vocant quem scriptores  
secularium litterarum iter disciplinas mathe  
maticas. ideo primam esse volebāt quoniam ipsa vt sic  
nulla alia indiget disciplina. Musica autem et astrono  
mia et geometria que secuntur vt sunt atqz subsistant  
istius egent auxilio. De autoribus arismetice. Numeri  
disciplinam apud grecos primū pitagoram nuncupāt  
scripsisse ac deinde anthomato diffusū esse dispositā  
quam apud latinos primus apuleus. deinde boetius  
transulerunt. Quid sit numerus. Numerus autem est  
multitudo ex vnitatibus constituta. nam vnum semel  
numerū esse non dicimus. Vnd sint numeri dicti. num  
ero nūmus nomē dedit et a sui frequētatione vocabu  
lum indidit vñ a greco nomen trahit. greci enim vnū  
enna dicunt. Sic duo et tres sunt quos illi dya et tria  
appellant. quatuor vero a figura quadrata nomē sum  
serunt. quinqz autem non secūdū naturam. sed secundū  
placitū vcl voluntatis vocabulū acceperūt ab eo qui num  
erus noīa indidit. Sex autem et septema a greco veni  
unt. In multis em noibus que in greco aspirationē hñt

nos pro aspiratōe s ponimus. Inde est q̄ pro hexa sex  
pro hepta septem. sicut pro herpilla herba serpillum  
dicimus. octo vero per translationem sicut illi et nos  
ita illi ne a nos vero nouē illi deca nos decem. dicti autē  
decem a greca et bimolo. eo q̄ ligant et coniungūt infra  
iacentes nūeros. nā de se uos diungere vel ligare apud  
eos dicitur. Porro viginti dicti sunt decem bis geniti  
et v pro b littera ponitur. Triginta que trinario denar  
rio signantur sic vsq̄ ad nonaginta. Centum vero voca  
ti a cantu quod est circulum. ducenti a duo centum. sic  
et reliqua vsq̄ ad mille Mille vero a multitudine. Inde  
et milicia. Ind et milia q̄si milicia que grece mutata litte  
ra miriadies vocāt. quid prestāt nūeri ratio nūerorū dē  
tēnenda nō ē. i multis em sacrarū scripturarū locis quā  
tum misteriu habet lucet non enī frustra dicitur in lau  
dibus dei. omnia in mensura nūero et pondere fecisti  
Senariū nāq̄ numerus qui partibus suis perfectus est  
perfectione mundi quadā numeri significatione de  
clarat. Similiter et dies quadraginta quibus moyses  
et helias et ipse dominus ieiunauerunt sine nūerorū cog  
nitione non intelliguntur. sic et alij in scripturis sacris  
nūeri existunt quorū figuras nō nisi noti huius artis sci  
re et soluere possunt. datū est etiā nobis ex aliqua pte  
sub nūerorū consistere disciplina quādo horas per eas di  
scimus quando de mensurā circulo quando spaciū anni  
redeuntis cognoscimus per nūerū. siquidē ne profunda  
mur istruimur. Tolle nūerū in rebus et omnia pereunt  
ad una seculo cōputū. et cuncta ignorantia dēlectitur  
nec differri possunt a ceteris animalibus que calculi nesci  
unt rationē.

Capitulū. vii. de geometria et eius iuentoribus et  
vocabulo.

Geometria disciplina primū ab egiptijs repta  
dicitur q̄ vndante nilo et omnibus possessio  
nibus eius limo obductis micum terre diui  
dente per lineas et mensuras nomen arti de  
dit que deinde lacijs acumine sapientū prouecta ma  
ris celi et aeris spatia meciuntur. naz prouocati studio  
sic ceperunt p̄ terre dimensionē et celi spatia querere

quanto interuallo luna a terzis a luna sol ipse distaret  
et vsqz ad verticem celi quanta se mensura discenderz  
Sicqz interualla ipsa celi orbis qz ambitum p numerū  
stadionū rationi p̄bali distinxerūt. sed quia ex terre di-  
mensione hec disciplina accepit ex initio sui et nomen  
seruauit. Nam geometria de terra de mensura nūcupa-  
ta est. terra enim grece se vocatur metra id est mensu-  
ra huius discipline ars continet in se lineamenta inter-  
ualla magnitudinis figuras dimensiones et numeros  
De geometrie diuisione. geometrice quadripartita est  
dimensio in planum i magnitudinē numeralē in mag-  
nitudinem rationalem et in figuras solidas. Plane figu-  
re sunt que et longitudine et latitudine continentur.  
que sunt iuxta platōnē numero quinqz. nūeralis mag-  
nitudō ē quo numerus arismetrice diuidi potest. Mag-  
nitudines rationales sunt quoz mensuras scire possu-  
mus. irracionales vero quoz mensure quantitas cog-  
nita nō habetur. figure solide sunt que longitudine la-  
titudine et altitudine continentur vt est circulus. De dif-  
ferentia arismetrice et musice Inter arismetricaz et geo-  
metriam et musicam hoc inter est vt media inuenias i  
arismetrica primo si queris coniungis extrema et diui-  
dis et facis mediū. vt puta fac extrema esse sex et duo  
decim simul diungis et faciunt. xviii. p̄teris media et  
facies nouem quod est analogicum arismetrice vt me-  
dius quot monadibz superat primum hys superaretur  
ab extremo. Superat enim sex tribus monadibz hys se-  
peratur a duodecim. Secundū geometriā vero ita que-  
ris extrema multiplicata tantum faciunt quantum et  
media multiplicata. vt puta sex et duodecim multipli-  
cata faciunt septuagies dipondios media. viii. et. ix.  
multiplicata tantundem faciūt. Secundum musicā ita  
qua primi parte superat medius primū ex eadem extre-  
mi parte superat medius ab extremo vt puta sex et octo  
duabz p̄tibz superant que due partes sunt tertia. sen-  
ary pars media parte. viii. scz. iiii. superatur ab vltima  
que est. xii. cuius tertia pars sunt quatuor. qz numeri in-  
finiti existunt. numerus aut infinitos esse certissimū ē  
quonia i quoz nūero faciendū finē putaueris id est  
ipse vno addito nō tm augeri. s; quātumcūqz sit magnū

Et quantumlibet in gentem multitudinem continens  
in ipsa ratione atque scientia numerorum non solum duplici-  
cari verum etiam multiplicari potest. ita vero suis quis  
que numerus proprietatibus terminatus ut nullus eorum par  
esse cuiusquam alteri possit. Ergo et dispares inter se atque  
diuersi sunt et singuli qui que finiti sunt et omnes infini-  
ti sunt.

Capitulum. viii. De musica et autoribus eius.

ratis musice utilitas describere ad declarationem  
huius propositionis animaduertendum quod te-  
ste aristotile. viii. politicorum. iuuenes debent  
erudiri in musicalibus. nempe iuuenes plus ceteris hominum  
statibus in continua mutabilitate deoluuntur lasciuys  
infestantur. ipsis igitur utile si operibus de bonorum  
genere complacenter ad hereant alias enim iuuenis la-  
sciuie deseruet itaque cum senuerit impietatis amator  
erit. quoniam ut dicitur. v. ethicorum. In his delecta-  
ri est nobis naturale in quibus ab infantia delectari in-  
cepimus. Si igitur in musicalibus iuuenis eam repe-  
riat complacentiam quam in vanitatibus querere solet  
sibi tunc facile apparebit que praua sunt relinquere et po-  
tiori complacentie animum exhibere. Ex quibus colligi-  
tur prima musice utilitas que est iuuenes a malis concu-  
piscenciis reuocare. alia utilitas est quia letificat tristes  
etiam letos magis ac magis letificat ut ponit aristoti-  
les in suis problematibus parte. xix. problemate pri-  
mo. Et idem octavo politicorum. anima inquit natura-  
liter delectatur in musica et facit animas sic intentas  
ut nihil aliud cogitetur ut dicit cassi. rursus constantin-  
us in suo viatico refert orpheum dixisse quod multum in  
hoc per suam musicam mutabat principum corda de  
tristitia ad leticiam. Ceterum musica excitat dormien-  
tes et dormire facit vigilantes sanat a melancholia. unde  
aristotiles. viii. politicorum dicit quod musica est amica  
omni etati signanter iuuenili. unde musicam amant ani-  
malia sicut boues. cerui. aues. pisces. Nam aues incessan-  
ter cantant si audiunt canentes et ad melodia pisces  
agregantur. unde refert agellius li. xviii. noctium acticarum

q̄ arreon in mare proiectus a delphinibus saluat̄ est  
eo q̄ cum cythara dulcē sonum peregerat priusq̄ sub-  
mergeretur. Et idē refert Plinius. fingit etiā Ouidius  
q̄ orpheus cithare carmīe arbores cōgregauit. Huius  
autem artis melodiā nō perpendēs rex mīda aut saltē  
De musica male iudicans aures suas in aures asinales  
mutatas habuit. dixerat em̄ q̄ deus Pan dulciꝝ armo-  
nisabat cū ānis segetalibus q̄ apollo cū cithara. Licet  
tam̄ hec fictō sit tamen designat sano intellectui armo-  
niam debere placere. De inuentoribus artis musice. Mu-  
sice inuentores designantur. ad cuius euidentiam com-  
mēozemus ea que legimus. referūt em̄ greci Pitagozā  
philosophū musice artem in sonis maleozū primo exco-  
gitasse. audiens enim ex malleis sonozū disparitatē atq̄  
melodiā causari. cōcludit merito armoniā hūana voce  
per ampliꝝ fieri posse. Huius etiā narratōni alludit boe-  
et Macrobiꝝ. allū aut Tubal musice inuentozē extitisse  
referunt de quo tradunt historie. q̄ cū artem musice  
ad inuenisset in columna duplici eam scripsit quaz̄ vna  
marmorea. alia latericea erat. audierat enim adā pro-  
phetasse duo futura mundi diluua. vnum videlicet a  
queum et aliud igneum. vt igitur ars per eum inuenta  
non dēleretur ipsam in marmore scripsit ne per aquam  
periret et in lateribus ne incendio vreretur. Vnde iose-  
phus has duas colūnas narrat in terra sirie hucusq̄ p̄  
mansisse. Huius autem narratōni alludit Moyses genes.  
v. patrem enim musicozū ipsum appellant. Cetoz̄ aliqui  
dicunt Moysen musice inuentozem fuisse aquarum q̄  
sonitu armonias primitus perpendisse. rursus quidaz̄  
veteres philosophi armonias dicūt a celozum motibꝝ  
origīnē accepisse. affirmātis q̄ ex celozum motibꝝ maxia  
asurgat melodia rationi asfractionis corporū celestiu  
in quibus maxia creditur amicicia seu concordia. vt  
docuit Empedecles. Insup affirmauerūt q̄ ab orbis  
celestibus maxia causatur melodia sed non perpendi-  
mus. eo q̄ vt dicunt ab exordio natiuitatis sub orbibus  
nutriti sumus et ita ex assiduitate audire non credimꝝ.  
Ad robur autem sue ymaginationis adducūt exēplum  
de hys qui a iuuentute nutriti inter fabros malleozum  
ictus aut nō audiunt. aut saltē se audire nō attēdūt

Huius opinionis proximus videtur fuisse plato qui super quemlibet unam firenem stare putavit. Horum autem opinionem reprobat aristoteles libro de proprietatibus elementorum. Harum autem narrationum controversia nec ratione nec experientia potest dissolui. Non enim ratione quia in factis historiis oportet credere narrationibus nec experientia quia predictae narrationes nostra tempora precesserunt. arbitrandum est tamen quod multi fuerunt inventores iuxta varietatem temporum et regionum. Si autem inquiramus quis inter omnes inventores prior extiterit puto quod ipse Tubal fuit quia ipse ceteros tempore precessit. Sacra etiam scriptura ipsum inventorem commemorat. alios autem nequaquam.

### Capitulum. ix. de astronomia.

Astronomia est astrorum lex que cursus siderum et figuras et habitudines stellarum circa se et circa terram indagabili ratione percurrit. De inventibus astronomie. astronomiam primi egyptii inveniunt. astrologiam vero et natiuitatis obseruantiam caldei primi docuerunt. abraham autem instituisse egyptios astronomiam iosephus auctor asseruit. greci autem dicunt hanc artem ab atlante primitus excoGITatam fuisse ideoque dicitur sustinuisse coelum. quisquis autem ille fuit motu coeli et ratione animi excitatus per temporum vires per astrorum ratos diffinitos quod cursus per intervalloꝝ spacia moderata consideravit dimensiones quasdam et numeros que diffiniendo ac secernendo ordinem necens astrologiam reperit. in utraque autem lingua diuersorum quidem sunt de astronomia scripta volumina inter quos tamen ptolemeus rex alexandrie. apud grecos precipuus habetur. Hic etiam et canones instituit quibus cursus astrorum inuenitur. de differentia astronomie et astrologie. Inter astrologiam et astronomiam aliquid differt. nam astronomia coeli conuersionem ornatus ortus obitus motusque siderum continet. vel ex qua causa ita vocetur. astronomia vero per tim naturalis per tim superstitiosa est. natalis dum exequitur solis et lune cursum vel stellarum certis temporum stationes

Superstitiosa vero illa est quam mathematici sequuntur  
qui in stellis auguriantur. qui quod etiam celi. xii. signa et  
per singula vel corporis membra disponunt siderum quod cur-  
su natiuitates hominum et mores predicare conantur. De  
astronomie ratione. Astronomie ratio modis pluribus  
constat. diffinit enim quid sit mundus. quid coelum.  
quid sphaera. situs et cursus quid axes celi et poli. quid  
sint climata coeli. quid cursus solis et lunae atque astro-  
rum.

### Capitulum .x. De Medicina .

Medicina est que corporis vel tuetur vel restau-  
rat salutem cuius materia versatur in morbis  
et vulneribus. Ad hanc utique pertinent non  
ea tantum que ars eorum exhibet qui proprie medici no-  
minantur sed etiam cibus et potus et tegimen defensio  
omnis est atque munitio quibus nostrum corpus aduer-  
sus extremos ictus casus quod seruetur. De nomine me-  
dicine. nomine autem medicine a modo id est tempore  
amento impositum existimatur. ut non satis sed paulatim  
adhibeatur. nam in multo contristatur natura medio-  
criter autem gaudet. Unde et qui pigmenta et antito-  
da satis vel assidue biberunt vexantur immoderatio enim  
hominis non salutem sed periculum affert. De inuen-  
toribus medicine. Medicine autem artis auctor et reper-  
tor apud grecos. perhibetur Apollo hanc filius eius  
Esculapius laude vel opere ampliavit. Sed postquam  
vulminis ictu Esculapius interit interdita fertur me-  
dendi cura et ars simul cum auctore de fecit latuit quod  
per annos pene quingentos usque ad tempus artaxerxis  
regis persarum tunc eam reuocavit in lucem pythagoras  
asclepio patre genitus in sola thebe.

### Capitulum .xi. de auctoribus legum .

Moses gentis hebraice primus omnium diui-  
nas leges sacris litteris explicauit. Fozoneus  
rex grecis primus leges iudicia quod constituit  
Mercurius trimergistus primus leges egiptus tradidit  
Solon prius leges atheniensibus dedit Ligurgus pri-  
us lacedonys iura ex apollonis auctoritate confirmavit.

numa pompilius qui rumulo successit in regno prius  
leges romanis edidit. de inde cum popul<sup>2</sup> sediciosus  
magistratus ferre non potuisset decem viros legibus  
scribendis creauit qui leges ex libris Solonis in latinū  
sermonem translatas duodecim tabulas exposuerunt.  
fuerunt autem hii. apius clau. gemicius. veteri<sup>2</sup>. juli<sup>2</sup>.  
manilius. sulphicius. sextilius. romelius. posthumus.  
Hii decem viri legum ascribendarum electi sunt leges  
autem redigere in libris primus consul pompeius insti-  
tuere voluit sed non perseuerauit obtrektorum me-  
tu. deinde cesar voluit id facere sed ante interfectus ē  
paulatim autem antiqui leges vetustate atq; iniuria ex-  
caluerunt. quarum et si nullus iam vsus est noticia tam  
videtur necessaria. nonne a constantino cesare ceper-  
unt et reliquis succedentibus erant q; permixte et i or-  
dinate. postea theodosius minor augustus ad similitu-  
dinem gregoriani et armogeniani codicem factum con-  
stitutionem a constantini temporibus sub proprio cu-  
iusq; imperatoris titulo disposuit que a suo nomine theo-  
dosium vocauit.

Capitulum. xii. de regimine ciuitatis et electione  
principis signanter.

olicia dicitur a polis que d est ciuitas et i cos  
scientia quia finis pollicie est ciuitatem bene  
regi. vnde scientia politica est scia qua vrbes  
reguntur seu resp. dirigitur vt pace respu. fruatur. vt  
satis inuit sanctus august. li. xix. de ci. dei. policia igiē  
concernit regimen ciuitatis Est autem ciuitas quasi ci-  
uium vnitas. Et secundum isidorum. xv. ethimologian  
Ciuitas est concors hominū multitudo societatis vin-  
culo adunata que aliqñ vrbs vocatur et aliqñ resp. nun-  
cupat. Quā diffiniens Scipio dicit eam esse rē populi  
populus autem dicitur multitudo nō quelibet sed solū  
illa que habet vnionem et sensum ad dmunem vtilitatē  
Hec narrat aug. li. ii. de ci. dei. Et isidorus xix. ethimo-  
logian. aduertendū q; resp. est sicut quoddam diuinū  
corpus qd diuino mūere animatur et regit vt tangit he-  
limandus in croniciis li. ii. Huius autem corporis caput  
dicitur princeps et senatores cordis locū tenent. Iudi-  
ces autem et perfides tenent locum oculorū et aurium.

Et oratores locum ligue ceteris qz mēbris persone alie  
reipublice comparari possunt. dicuntur ergo senatores  
a senio eo qz antiquitus senes in senatores eligebantur  
quoz institutionem romulus iuenit et nomina eorum  
presenti populo in tabulas aureas contulit. olim qz fi-  
lii senatorū illi dicebantur qui nascebatur tempore quo  
patres senatores erant. alii vero non. Et hoc scripsit  
vulpicius suo libro vt patet i Digestis libro primo. rur-  
sus in politica eligendus non est princeps nisi secundū  
senituram principatum quis obtineat qui princeps nō  
cupidus aut viciosus inueniatur. vnd tul. in libro para-  
doxis. quomodo inquit imperabit vbi qui non potest  
cupiditatibus imperare. refrenat ergo princeps libidi-  
nes spernat voluptates iracundiam teneat. auariciam  
coherceat ceteras qz anī labes repellat. princeps etiā  
eligi non debet nimis pauper aut nimis diues. vnd oli-  
prouit refert valerius libro sexto. duo viri coram Scipi-  
one vt ad hispaniam mitterentur coram senatu contē-  
debant quorum vnus ditissimus. alter pauperimus  
de quibus sic Scipio ait. neuter inquit mihi placet eo  
qz alter nihil habet alteri nihil satis. Ceterum indignus  
est principatu aut gradu superiori. qui se non bene re-  
git i inferiori vt ponit pompeius libro. xii. nec debz quis  
appetere regnum vel principatum. quia teste Seneca  
libro. iii. de beneficiis. regnum est nolle regnare cum  
possis. vnde poeta asperius nihil est humili cum ten-  
dit i altum. Et samfredus. Si bene vis duci te certo  
cōmitte duci. Illud tamen oratio sepius accidit in libro  
enim sermonū ait. Populus quoqz stultus honores se-  
pe dat indignis. Et laudamus in maiori iam nunc ad-  
culmina rerum iniustos creuisse queror. Tolluntur in  
altum vt lapsu grauiori ruant. Quibusdā princeps nul-  
lus placet omnibus qz detrahunt. Illud sidonii in epi-  
stolari suo libro. v. dicere videtur. dicunt enim si eligi-  
mus humilem vocatur abiectus. si erectum superbus. si  
doctū inflatus dicit. si iperitū irrid ebatur. si seuerum  
crudelis erit. si indulgentem faciliter culpabitur. si sim-  
plicem despicietur. si diligenter superficialis credet.  
si quietum ignarus vocabitur. si abstinentem auarus.  
si bene pascentem gulosus putabitur. Phis igitur nulla

virtus placet. quicquid sit tñ virtuosi semp eligēdi sunt  
in p̄cipēs quorū cōdictōes et mores enarrat. He limā  
dus ubi supra. Princeps inquit cōstitutus nō multipli-  
cabit seruos nec canes aut bestias s; quod satis ē tene-  
bit hystriones mimos lenones meretrices repudiabit  
inferiores nō corrupet exemplo. Quia teste claudiaō  
libro tertio Mobile mutatur semper cū principe vulg2  
vxoꝛes que nō habebit plures litteris in tendit et cum  
iudicabit ad alteram partem non declinabit. deum p̄ci-  
pue colit numera non acceptabit suos q; officiales fre-  
quenter non mutabit. Vnde tiberius p̄cut refert iose-  
phus suos procuratores vix aut nunq; mutabit. Inde  
enim se dicebat p̄cere plebi. Nā procuratores scientes  
ad modicum tempus habere procuracionem quicquid  
possunt recipiunt.

Capitulū. xiii. quomodo princeps debet suos sub-  
ditos diligere et defendere.

Princeps habeat milites bellicosos qui p̄zelias  
ri debent non pro iniuria vel vindicta iferenz-  
da sed pro iniuria repellenda patria q; defen-  
sanda nec debent timere viri bellici q; deo non place-  
ant. quia sanctus dauid bellis intendebat Et centurio  
pariter qui domino ait domine non sum dignus vt in-  
tres sub tectum meū. Hec Aug. ad bonifacium Et idē  
Aug. de verbis domini Militare inquit non est delictū  
sed p̄pter p̄dam militari peccatū est neq; rempu. ger-  
ere est criminofum sed ideo agere remp. vt diuicias au-  
geas videtur esse damnabile. Vnde p̄zelia non debent  
fieri crudelitate aut cupiditate pacis studio gerantur  
et mali coherceantur et homi subleuantur. Vñ gregori2  
vniuersis militibus ne apolitanis scribens. Summa in-  
quit milicie laus inter alia bona merita hec est obediē-  
tia reip. vtilitatibus exhibere. Ceterum isido. li. ix.  
ethimo. iustum inquit est bellum qd̄ ex edicto genitur  
de rebus repetendis aut pulsandorū hoīm causa. vñ  
Aug. libro questio. dominus inquit noster de2 ad ism  
naue iubet vt constituet sibi retrozum insidias scilicet  
insidiantes bellatores ad insidiandum hostibus. Et idē  
iusta inquit bella gerebantur a filijs israhel contra am-  
ozrecs a quibus transitus negebat qui iure equissimo

humane societatis patere debebat. Aduertant autem bellatores ut non preliantur iniuriam inferendo sed ab iniuria se defendendo. vnde ambrosius libro primo de offi. non inferenda sed repellenda iniuria lex virtutis est. Et anastasius papa. qui inquit potest obuiare et perturbare peruersos et non facit nihil aliud est quam faueri impietati eorum. nec caret scrupulo societatis eorum occulto qui manifesto facinorosi desinit obuiare. Eandem sententiam tangit ambrosius libro de offi. Et ieronimus super Sophoniam. rursus Elimandus ubi supra dicit principem sic debere viuere ut a subditis diligatur. Nam codrus atheniensium rex pro victoria populi sui seipsum morti tradidit. nam mutato regio habitu sarmenta colligens castra quae hostium ingressus a milite quem falce in iurgio percusserat interfectus est. rex igitur aut princeps sic suos diligat. ut etiam pro ipsis mori non timeat. Vnde iulius cesar dicere solitus erat dux inquit qui non laborat ut militibus carus sit militem nescit amare vnde seneca. Si vis amari ama. nam iulius pastorem vinculauit eo quod sibi meliorem panem quam ceteris militibus attulerat Alexander quoque videns militem suum macedonem pro nimia senectute frigore obstupefactum de sede sublimi descendit et in suis manibus dictum militem in sede posuit. nam princeps qui a suis militibus non diligitur tanquam tyrannus dominatur nec securitate vbi est fruitur. vnde cum dionisius tyrannus iuberet suum corpus a multis militibus custodiri Plato ei dixit. quod inquit malum fecisti. quod a tot militibus custodieris. vnde claudius non sunt excubie non circumstantia tela tueas amor quasi diceret. quod qui amatur non eget custodia.

#### Capitulum. xiiii. de legibus et inuentoribus earum.

olicia legibus dirigenda est. Teste autem ysidoro quinto ethimologiarum. leges vero aut diuine sunt aut humane. lex autem diuina genti hebreae per Moysen primitus data est. legum autem humanarum plures fuerunt inuentores scilicet foroneus rex qui grecis primus leges iudiciaque constituit Et Mercurius trimegistus egiptys leges tradidit. Et

postmodum viros quosdam decreuit qui transtulerunt  
in latinum leges ex libris Solonis. fuerunt autem viri  
ordinati per eum Apianus claudius. gemicius. veterius  
julius. manilius. sulpicius. sextimus. romilius. postu-  
mius. Aduertendum autem quod leges diuine preferen-  
de sunt humanis. Vnde gracianus. Constitutiones in-  
quit principum ecclesiasticis institutionibus non preem-  
inent sed ecclesiasticis legibus postponende sunt. vnde  
elimandus in cronicis libro. ix. Humane inquit leges  
eatenus valent quatenus a diuinis non discrepant alio-  
quin falsum est quod in lege scriptum est. quod princi-  
pi placet sed deo legis habet vigorem. Ceterum aduer-  
tendum quod sicut lex est commune preceptum sic ex communi  
sensu confici debet ut trahitur ex summa a sonis. Vnde  
papinianus libro primo definitionum lex inquit est com-  
mune preceptum virorum prudentium. que lex fieri non  
debet propter aliquem casum particularem sed pro cor-  
rectione malorum que ut communiter contingere possunt  
reip. ut ponit iulius celsus li. quinto. vnde legis effectus  
est imperare necare punire inquit modestus libro. i.  
regularem princeps igitur non solum armis sed etiam le-  
gibus rempublicam debet defendere ut tangit iustinianus li.  
institutionum. rursus aduertendum quod ius canonicum et  
ciuile quodammodo sunt partes politice. ita quod politica  
scientia est communis ad omnia iura. Vnde ius nomen est  
generale. lex autem species eius. vnde ius dicitur quia  
iustum est seu dicitur a iusticia. ut ponit vulpianus li-  
bro primo institutionum. lex autem dicitur a ligando  
quia ligat. Aut ab eligendo quia eligitur. Sunt autem  
multe species iuris. quoddam ius dicitur publicum quod  
pertinet sacerdotibus et magistratibus. Aliud priuatum  
quod ad vniuersumque pertinet utilitatem. quoddam etiam  
est ius gentium quod concernit illud quod debetur deo  
et parentibus. ut ponit pompeius. Aliud est ius pretorum  
quod pretores introduxerunt pro salute reip. quod commemo-  
rat Papinianus libro primo definitionum. Quoddam  
est ius humanum quod dicitur positium quia positum  
est ab homine. aliud est ius ciuile quod pertinet ad po-  
pulum vel ciuitatem diuina humanaque causa constituit  
eam. aliud est ius quiricum id est romanum. quia quirites

id est romani ipsum inuenerunt. Ius autem canonicum dicitur ecclesiastica institutio. Cuius plurimi fuerunt scriptores. Primus fuit psidorus qui primus scripsit librum apostolicum decretorum. Deinde ius episcopus carnotensis regulas canonum capitula ordinavit et ad numerum decem liberorum redigere. multe quoque abbreviationes postea facte sunt actores non occurrunt. Verum quod gradianus decretum scripsit. Ceterum advertendum quod ius civile a duabus civitatibus emanavit scilicet ab athenis et a lacedemone. Vnde regnante iobab iuda Ligurgus lacedoniis iura imposuit. Qui ligurgus quecumque precepit prius observavit ut tangit Iustinianus libro. iiii. Primo enim statuit ut auri et argenti usus non haberet terras quoque vti et patrimonium per equalia divisit et communicari omnes publice iussit iuvenes voluit vna sola veste pro anno. virgines voluit absque dote desponsari multa quoque alia decrevit narratione longa. rursus apud romanos postmodum crevit. unde pompeius libro singulari Eucheridius tradidit romulum divisisse romam in tres partes quas curias appellavit. quia ibi cause augebantur leges quoque fiebant in predictis curiis que omnes conscripte fuerunt tempore sexti pompeii qui fuit tempore tarquinii superbi. liber autem illarum legum vocatus est liber papirianus. non quia papirius eos fecisset sed quia eos ordinate scripsit postmodum autem romani decem viros constituerunt qui leges a civitatibus grecorum collegerunt quas acceperunt scriptas in tabulis eburneis datumque illis fuit posse ut illas leges corrigerent et ideo duas tabulas predictis tabulis adiunxerunt. unde leges duodecim tabularum vocabantur. quod xii. tabule in omnibus erant. post hoc apud claudius leges reduxit ad librum unum. Et flavius scriba libertinus populo tradidit. unde senator fieri meruit deinde cornutianus prius scientiam iuris civilis publice professus est. verum quod papirius publicus leges regias prius in unum volumen contulerat. Et apud claudius duodecim tabulas ex legibus scripsit. publicus vero. x. libros reliquit iuris Munlius totidem. brucus septem. Et mucius publicus filius iuris civilis scientiam ad libros octo redigere qui digesti sunt ab aufidio Mucio quoque alii scripserunt quorum fama vetustissima est. de novellis autem memoria publicus est.

Capitulum .xv. de iconomica.

Connica est ars vel scientia qua domesticarum rerum sapienter ordo disponit. ut inquit isidorus libro ethimologiarum. richardus autem libro descriptionum dicit quod Iconomica est scientia familiaris officij curarum medicis dispositione disponens distribuit. Hac ergo scientia indiget quicumque paterfamilias. ut suam domum sapienter regat et dirigat. quod dominus ex domo honestatur. ut tangit tullius libro de officiis. Nam decorum valde est patere domum illustrium virorum hospitibus illustribus ut tangit idem libro secundo. Unde tullius contra salustinum ipsum reprobandum dicebat. nec quicquam inquit turpius domui tue quam tu. Et valerius maximus li. ii. quid prodest foris esse strenuum si domi male vivitur. Et ibidem. quorum opera splendorem suum procul obtinuisse videntur eorum dignitatem. Indignum enim est et difforme domi collabi. unde tullius. quid prodesse potest pondus graue diuitis aurata quae pingua si fundant munera boues. quid vobis prodest frigus in nixa calumnis. Murate quae trabes marmoreum quae solui quasi diceret. ista nihil prodesse nisi domus recte gubernetur. Ideo seneca de quatuor virtutibus dicit quod sapiens non debet velle vocari dominus a domo sed domus a domino debet nuncupari. Circa igitur regimen domus maxime attendendum est ad regimen uxoris quod nihil est crudelius in festa muliere ut ponit fulgentius libro suo mythologiae. Si tamen mulier bona fuerit domum optime disponit. ut autem bona sit maximum remedium est si vir ipse bonus fuerit. unde narrat Ieronimus contra ieuianum libro primo de quodam qui cum uxore sua pudicissime vixit. unde cum os sibi feteret ipse tamen ignorante sibi quidam improbauit et uxori suae dixit. cur ei non inrimauerat. quae respondit putabam inquit sic omnibus viris os olere. itaque summa castitas in ambobus fuit. Unde Tibullius libro. i. Casta precor diuix maneat sancti quae pudoris assideat custos sedula semper anus. qui versus pretendunt ut fidelis custodia assit mulieri. quia mulier de se fragilis est facilliter quae decipitur. unde narrante valerio maximo

Socrates cuidā querētī an sibi expediret nuber vñ nō.  
respondit penitentiam se facturum qđcūq; fecisset. si  
inquit non nupseris solitudo te affliget et si uxorem  
duxeris solitudo cōitabit. fortassis autē ideo coniugia  
sunt onerosa quia decēter non contrahuntur amoze  
sed cupiditate interueniente fiunt. Vnde narzat val-  
libro. vii. de quodam qui habens vnicam filiam petiuit  
Temistodem philosophum vtrum eaz pauperi et pro-  
bato vel diuiti et non p̄bato daret. Cui ille respondit  
Melius enim est inquit virū pecunia qm pecūiam viro  
indigere. Narzat etiam de Marcia fila Cathōis iuniori  
qđ cū peteret ab ea cur perditō viro denuo nō nuberet.  
respondit se nō inuenire virum qui magis se vellet qm  
sua. nō sunt igit vrozēs propter pecuniam assumēde  
alias enim cōiugia male fiunt. nam et hilosophi p̄res  
timentes in diugio fraudari nubere distulerūt. nā cice-  
ro rogatus ab hirceo vt post repudiū therentie sorozē  
eius duceret omnino facere super sedit dicēs. nō pos-  
se se vrozī et p̄hie pariter cperam dare. nam si pulcra  
fuerit. est difficile custodire qđ plures amant. Si autē  
turpis molestum est possidere qđ nemo habere digna-  
tur. plures ergo nubere cōtempserunt diugia tñ licita  
sunt dum iuste contrahantur. quia teste ouidio. lib. d.  
remedys. turpi vir et mulier modo iuncti protinē ho-  
stes. quia scilicet qđ malo titulo iunctum est malo ter-  
minatur sine plurima qđ contmgunt incomoda. Vnde  
therētius vno quoq; animo omnes sorzus oderunt nu-  
ros. Ecce odium. Et ouidius libro metamorphoseos  
immet exitio vir diugis illa mariti filiū ante diez patos  
inquit in annos. Ecce labores Sed etiam plura insur-  
sunt comoda vtputa educatio filiorum. corporis qđ p̄  
p̄ custodia. rursus aduertendum qđ iconomica exigit  
filios debite nutiri. vnde quintilianus libro primo.  
Vt inam inquit liberorū nostrorū mozes nos ipsi non p̄-  
deremus. nam mollis educatio quam indulgentiam vo-  
camus. neruos omnes mentis et corporis frangit. Ita  
qđ pueri sunt corrigendi non temen nimis asperē. quia  
teste quintiliano libro. ii. Ingenia puerorū nimia emen-  
dationis seueritate deficiūt. nā et desperant et dolent  
et nouissime odiūt qđ maxime nociuum est qđ dum oīa

timere nihil conantur Moderate igitur sunt corrigendi sed multi non attendunt quia tanquam viros puerulos concutiunt. ut ponit valerius libro. ii. At vero liberos suos non instruunt. Cuius oppositum fecisse augustus cesar legitur. Nam filiam suam et nepotes fecit lamificio insistere. ut ponit Suetonius libro secundo de xii. cesaribus. rursus paterfamilias suos debet discrete regere seruos non spernendo sed amicabiliter alloquendo. Vnde seneca ad lu. epist. lxxvii. Illos inquit rideo qui turpe estimant cum seruis suis cenare. Hoc enim superbia facit ut cenante domino stantium seruorum turba circumstat. vnde didimus rex bragmanorum ad alexandrum magnū in homines nostri similes seruitutez nos ponimus alioquin seruicia est in obsequium cogere eos quos nobis fratres eadem natura progeniit et quibus a deo patre comuniū bonorum spondetur hereditas. Seruis ergo non sunt grauia onera imponenda. Vnde narrat valerius quarto quod cum plaro aduersus seruū suū propter delictū vehementer exarsisset ne vindictē modū haberet castigatiōem sui serui Spenippo amico suo dimisit. vnde plautus. ve aut apud quos vigiliam multā in noctem protrahunt Tantū enim seruis de vita quātum de nocte auferunt.

Capitulum. xvi. quomodo paterfamilias debet si biacquirere amicos.

Paterfamilias amicos sibi vendicare debet quod teste seneca li. iii. de beneficijs Neminem tam alte secula posuerunt ut non illi amicus eo magis desit quo nihil absit seu abest. Et idem seneca libro de remedijs fortuitoꝝ. quere inquit amicos inter honesta officia quere in laboribus ad mensē res ista non queratur. nam modicus amicus est qui dumtaxat ē amicus mense. de tali amico dicit sapiens. vniū nouum amicus nouus. Expediit ergo sapienti pro conome amicos bonos conqueſtare nec de facili pretermittenda est incepta amicicia. quia teste tulio. libro de amicicia veterina amicicia sicut vinum vetus dicitur suauissima. Maxima est enim vis vetustatis et consuetudinis. Eligat ergo amicum sapiens quem semper custodiat et cui sicut sibiipſi credat. alias enim non est amicus ut inquit seneca.

epistola tertia ad Lucillū. sed talem amicum difficile ē  
possidere nisi bonus sit qui amat et qui amat. quāob-  
rē amicitia d' libertate cōtrahenda ē sed contracta cū  
fuerit manu debet teneri. vnd' suetonius libro. ii. d. xii  
cesaribus narrat. qz August' cesar nō facile amicitias  
ammissit sed constantissime retinuit. ideo Plautus in  
aulularia In amicitiam iquit et fidem stultum ne rece-  
peris. Nam insipientum at reprobatorū facili' est odiū  
quam collegium. qui ergo sapiens est bonus insequit'  
et amicum elegit prudentem quem multi non reperiūt  
quia multos amicos habere nolunt. et ignotos notis  
proferunt. quibus contradicit theofrastus. Expediit i-  
quit amicos iam probatos amare nō amatos probare  
Vnde catho. Ignorū tibi tu noli preponere notis. Et  
sequitur. Cum tibi vel socium vel fidum queris amicū  
non tibi fortuna hominis sed vita petenda est. Et cū  
amicū etiam bonū sapiens iuenerit amode diligat vnd'  
ca. Dilige sic alios vt sis tibi carus amicus Sic bonus  
esto bonis ne te mala damna sequantur. Ceterū amico  
non sunt onera imponenda inagrua ne forsan perdat  
vnde morobius in libro saturnaliū. ita amicū habeas  
vt inimicum posse fieri putes. Et salustius veros iquit  
amicos neqz armis cogere neqz auro pare queras. sed  
officiorū fide parantur cum quibus amicis breues ra-  
tiones et longas amicitias habere oporteret. Exordiū  
autem amicitie est bene loqui Et principium inimicie  
maledictio est. Amicus enim cito amittitur et raro ac-  
quiritur. Hec socrates. ceterū pconomicus bona qz pos-  
sidet prudenter distribuere debet. vnde maior est i cō-  
seruandis rebus quam in reperiendis ad habenda cau-  
tela. vt ponit cassiodorus epistola. xxxiii. vnde claudi-  
anus in maiori volumine. plus est inquit seruasse ques-  
tum quam quesisse nouum. vnde philosophus quidam  
dictus domas amico inquit me rogante desiderio pec-  
cuniam et amicum mutuo et ipsum et pecuniam pōo  
Quod verum est apud auaros. Ita qz bona sunt discre-  
te distribuenda. veruntamen qui mutuum capit grati-  
as reddere debet. vnde ex prouerbys sapientū colligit'  
qz fraus est accipere quod non posset reddere. Et am-  
brosius in libro de thobia. Daupertas inquit non habz

crimen sed debere verecundum et non reddere vere-  
cundius est. Et subdit si diues es nullaz paucis pete-  
di necessitatem. Si pauper es soluendi considera diffi-  
cultatem. Vnde seneca libro de beneficijs primo inquit  
docendi sunt qui libenter accipiunt libenter reddere.  
quia si beneficia gratis collata reddēda sunt multo for-  
tius mutua. Hys autem sermombus mutuare nō disua-  
detur nisi non amicis aut hiis qui reddere nolunt. vndē  
augustinus libro d' doctrina cristiana docet amicis suc-  
currendum. Cum inquit omnibus prodesse non possis  
hiis potissime succurras qui tibi tempore sue oportuni-  
tatis quasi quadam sorte iunguntur quia scz amicis bo-  
na propria mutuo vel dono sunt distribuenda.

Desinit liber Sophilogij primus. Incipit secundi  
libri Sophilogij tractatus primus d' inducentibus ad  
amorem virtutum. Cuius capitulum primum est. quo-  
modo virtutes sunt appetende.

Irtus medicina est corporis pariter et ani-  
me virtutes igitur appetere unicuiq; natur-  
ale est. Cuiuslibet igitur studiū pro ad-  
piscendis virtutibus debet applicari. vñ  
boe. in de con. omnis inquit mortalium cura qm multi-  
pliciu studioz labor exercet. diuerso quidem calle pro-  
cedit sed ad vnum tamen beatitudinis terminum nitē  
peruenire quo quis adepto nihil vltra desiderare querit  
Est enim cuncta itrase bona continens. Hec enim bonū  
medio virtutis adipisci potest. quod multi credentes  
obtinere itinera minus virtuosa sectati sunt. vnde augu-  
stinus. xviii. d' ci. dei narrat qualiter phi quidā summā  
felicitatē i voluptate dstituerūt vt aristipp2 alq i virtu-  
te vt ansticenes. alii in sensibus corporis. om̄s tamē aut  
a sensu naturali defecerunt aut bonum et virtutem ap-  
petierunt. nam virtus sua dignitate animum a volupta-  
tibus retrahit ipsumq; ad mai2 bonum disponit. sicut  
et arbor diligē ppter fructū vt ponit tul. i. rethorice.

nam omnia honesta concordant rationi. Inquit aresto-  
tiles in ethica neua. Et quintilianus de oratoria institu-  
tione libro primo. nihil inquit potest placere quod non  
debet sed voluntati non corrupte. bonum animi appetere  
naturale est. unde Seneca ad lucillum ep. xlvii. omne in-  
quit honestum voluntarium est. non enim potest honestum  
esse quod non est liberum. Et libro quarto de beneficiis  
rerum honestarum precium in ipsis est. Et in suo edipio in-  
quit turpe est medicina sanari et piget. Ex quibus apte  
concluditur quod mens humana virtutes naturaliter appetit.  
Unde tullius libro. ii. de officiis. dicit id ipsum quod honestum  
decorosumque dicimus pro se nobis placet animosque omnium  
natura sua commouet. Idem ponit libro quarto quia scilicet  
natura id appetit quod honestum est vel saltem videtur esse.  
Si autem iudicium fallit hoc peccatum agit. unde tullius. li. de pa-  
doribus. Quod inquit honestum est id solum esse bonum  
stoici testantur. unde heratone stoicus. omne inquit ho-  
nestum in arduo est quia scilicet mens ardescit ut quod ho-  
nestum est habeat cuiusmodi est virtus. quia teste tullio  
in de amicitia. nihil est virtute amabilis nihil quod alliciat  
ad diligendum. nam propter virtutes et probitatem eos quos  
nunquam vidimus diligimus. omnis igitur virtus amabi-  
lis est. nempe ipsi tullius in primo rethorice. virtus inquit  
est habitus anime iudicio rationis consentaneus. Et ibi-  
dem virtus est habitus a quo quis bonus existit et opus  
suum bonum reddit. unde aristoteles. in ethicis. virtus  
est que habentem perficit et opus eius bonum reddit. Et  
tullius in libro de legibus virtus est recta ratio. Et in libro  
de fine boni et mali virtus est conformis iudicio rationis.  
Et primo libro de officiis. virtus est per quam laus in actione  
consistit ipsius autem virtutis comes est invidia quia  
scilicet virtuosus multi invident. unde africanus virtus emu-  
los multos comparauit tullius. in rethorice. nihilomi-  
nus inquit virtus vincit omnia quoniam virtuti omnia  
parent ut ponit Salustius in cathelinario per virtutem  
opus redditur et res prius apparens impossibilis red-  
ditur possibilis ut refertur dixisse ipocrates in suis ex-  
hortationibus narzante calidio in prohemio super thi-  
meum platonis. Sapiens igitur virtutes querat per  
quas obliuisci poterat damnorum que gessit. Unde

vnde seneca ad lucil. ep. lxxvii. Quamdiu inquit virtus  
salua fuerit non senties quid abscesserit. nam cupiditas  
et pericula per virtutem pretereunt. Et ibidem. nulla in  
quit virtus latet et si lateat non est ipsius damnū veni  
et enim ipsius dies qua publicabitur. vnde seneca in li.  
matura morte. vna inquit res est virtus que nobis im  
mortalitatem donare potest et pares facere dys. Per  
virtutes enim homo sapiens fieri potest. vnde lactan  
tius libro de falsa sapientia. virtus inquit cum scientia  
coniuncta sapientia est. nimirum ergo si iuxta pbleu  
ma appetenda est.

### Capitulū. ii. quomodo natura cupit virtutes.

Virtutes nature innatū est suscipere. vnde are  
stotiles primo ethicoꝝ neque inquit a natura  
nec preter naturā fiunt virtutes innatum est  
nobis passuefactionem recipere eas ex similibꝯ enim  
actibus fiūt similes habitus. vnde prosper in libro epi  
gramaton nos hortatur dicens ad patriam vite de no  
ctis valle vocari virtutem gradibꝯ scanditur lucis iter  
omnis virtutum semper substantia salua est. inuitꝯ cri  
sti munera nemo rapit. rursus gamfredꝯ in sua poetria  
noua Sectemur inquit honesta et mala vitemus quia vir  
tus optima rerum pessima res vicium nihil eque perni  
ciosum. Et iuuenalis libro tertio. nobilitas inquit animi  
virtus est. quis ergo virtuosus fieri non desiderat. nam  
teste maximiano. iulio virtus auro preciosior est nec pu  
trescit sed in aduersis crescit ipsa virtus. vt inquit luca  
nus libro tertio. Si ergo virtutis amator esse cupis at  
tēde quomodo virtus nihil aliud est nisi exemplar ho  
nesti. inquit lucanus li. ix. nempe virtus ridet in aduer  
sis. Studeat ergo vnusquisqꝯ in virtutibus atur dare  
vt in se habeat quod in alys amat prout ex puerbys sa  
pientum edocetur. virtus enim ad beatam vitam pdu  
cit. vnde tulus libro primo de legibus. virtus inquit  
est perfecta omnino qꝯ certa in natura est. itaqꝯ nihil  
p̄stabilē hāc natura peperit qꝯ astat nos ad iusticia m  
esse natos. virtꝯ em̄ oim animos natura sua commouet

Inquit tulus libro de offi. reuera multo magis est se-  
cundū naturam cōmunitas iustitia et libertas quā cupi-  
ditas aut voluptas. Nihil enim tam laudabile secundū  
naturam est sicue humilitas. Nec tulus libro. iiii. de offi.  
Si ergo laudabile est naturā imitari nūquit virtutes  
habere desiderandum est. vnde idem tulus de amici-  
cia illos inquit viros bonos appellandos putemus qui  
asscuntur quantum possunt habere naturam optimā  
bene viuendi. Et quintilianus de oratoria institutione  
libro primo omnia inquit que ars cōsumauerit certum est  
a natura incipiū duxisse nobis igitur ad virtutes sunt se-  
mina nature concessa. etiam antequā doceamur. Si em̄  
in virtutibus foret anxietas et criminibus insistere so-  
lum delectabile esset fortassis virtucos fieri fieret pe-  
nosum et bene egendi excusatio preberetur. sed in vir-  
tutibus gaudium perfectū habetur. Et homo ex cōdi-  
tione sue nature ad honesta ducitur nullatenus ergo  
excusatur. vnde seneca ad luc. habet inquit hoc opti-  
mum in se animus generosus q̄ concitatur ad honesta  
Magnarū rerum species ad se vocat et attollit docilesq̄  
natura nos edidit et rationē dedit ip̄fectam que vir-  
tutibus tamen p̄fici potest. Nec sene. epi. xlviii. rursus  
si virtuosus fieri cōactionis opus esset laudabile opus  
fortassis non videtur. nullus enim laudabilis est in eo  
q̄ vitare nequit cum vellet. sed procul dubio opera vir-  
tutum libere fiunt nūtoq̄ spontaneo cōsumuntur.  
vt ponit didimus in epistola ad alexandrū. nullum in-  
quit virtutis incipiū est quod mutari non possit. nā ab  
bene viuendum libero concitatur arbitrio. sed plurimi  
virtutes opinantur graues quia bene viuere nolunt. s̄  
quos vt h̄ saltem doleant quia bona voluntate carent  
Si enim boni fieri cuperent virtutibus faciliter insister-  
ent. nulla em̄ tam facilis res quin difficilis sit q̄ iuite  
fit. Vtinam ergo h̄n libenti animo bona cōsiderarent vt  
saltem mala que facere nequeunt non appeterent. Iux-  
ta illud therentii poete. quando inquit nō potes quod  
vis illud velis quod potes. ita q̄ mala que cupis ex-  
plere. si non vales bona tūc facies que peragere potes  
Sed aliqui dicunt ad plurima viciorum opera se cōgi  
qui si verum dicant stulti ergo reputandi sunt. Quia

quia teste tulio in libro d' padoxis soli sapienti d'uenit  
vt nihil faciat inuitus nihil dolens nihil coactus. vnde  
stoici dixerunt voluntate solum ea desideria que ratio  
nabilia sunt. vnde in solo sapiente voluntatem esse dix  
erunt. vt refertur in tul. tul. ques. libro. iiii. Si ergo in  
stultis est libido incitata aut cupiditas effrenata non  
voluntas sed appetitus est quia voluntas ratione diri  
gitur et appetitus a sensualitate decipitur. o vtmā qui  
malī sunt saltem boni fieri cupiant. Nam magna pars  
bonitatis velle fieri bonū vt inquit Seneca ad lucillū  
epistola. xxiii. Si enim dicas hoc velle non posse audi  
Tulium libro de fato. Motus inquit voluntarius eam  
naturā continet in se vt sit in nostra potestate nobisq;  
pareat. nam omne honestum voluntarium est. nō em̄  
honestū est quod non est liberum. inquit seneca ad lu  
cillum ep. lxxvi. Sed pro chdolor plures nec bene agunt  
immo nec emendari petunt. veruntamen magna pars  
profectus est velle proficere vt inquit Sen. ep. lxxi.  
nūquid ergo laudabile foret si que deo placent homo  
solū velit. vñ Se. ad lu. ep. lxxiii. placeat inquit homi  
nicquid deo placet Sed multis hoc graue est nec de  
facili potest eorū impietas reuocari quia teste quintilia  
no libro. iiii. de oratoria institutione. nihil facili psuade  
tur inuitis Si quis etiā inuitus quid agat laudem non  
promeretur. vnde narzante valerio maximo li. secundo  
Si quis olim bona inuitus fundebat p re. p. maior laus  
dabatur exigenti quā prestanti. Ex iuicio enim ope iau  
dem nullus reportat. nec tamē by laude priuantur qui  
bonum quod cupiunt facere nequeūt. vnde ovidius li.  
de ponto. Sponte sua pbitas officiumq; iuuat. si d' sine  
vires tamen est laudāda volūtas. rursus et iter eos qui  
bona bene agūt f'ii sunt laudabiliores qui bene faciūt  
amore qm timore qui etiā mala p'termittūt caritate qm  
dei formidine. singulis tñ laus licet non equalis datur  
de quibus Floratius i epistolis. oderunt peccare malī  
formidine pene. qui malī etiam peccata qnq; dimittūt  
eo q' ipsa facere non possunt. vnde maximianus inquit  
amplecti non dum quorundam vota laborant. sed vo  
tis obstat verberare tria caro. nā nos a vicis mundanis  
sepe retardat. corporis anxietas. Damna flagella fames.

De talibus enim fatendum apparet quod peccata non deserunt potius enim a peccatis deseruntur. que si sponte desererent nulla mutatione facta quantum ad labores ipsorum eo pacto mererentur quo demerentur distat ergo sapiens virtutes acquirere quas natura appetit. quibus etiam totus perficitur homo.

Capitulum. iii. quomodo virtutes non querunt mercedem temporalem.

Itus non ita perficeret si seruilem hominem redderet aut si temporalis fructus mercedem duntaxat conquiret. Sunt igitur virtutes propter se diligende sicut tamen quod propter aliquid creatum non querantur sed ad increatum bonum solum referantur. Vnde seneca li. i. de clementia. recte factorum id est operum virtuosorum verus fructus in ipsis est nec ullum precium virtutibus dignum extra ipsas est quod de precio creato accipiendum est Et idem seneca libro. iiii. de beneficiis rex honestam precium in ipsis est. vnde plinius in epistola ad catulum magnitudo animi nihil ad ostentationem sed omnia ad conscientiam refert. recteque facti non ex proli sermone mercedem sed ex facto petit. Illi ergo virtutes fortassis non habent. qui ex operibus mercedem temporalem expectant. vnde tulius in dialago ad Hortensium Nulla inquit virtus esse potest nisi gratuita Nam si mercede aliqua ad officium impellitur non virtus sed fallax quedam imitatio ac simulatio est virtutis. vnde idem tulius li. i. de legibus id ipsum quoque iustissimum est iusticie mercedem non querere Et claudianus in maiori producit non emptam fidem nec peccata merces alligat. Ipsa quidem virtus precium se solaque late fortuna secure nitet nec fastibus ullis Exigitur plausu nec petit clarescere vulgo. non querit precium vitam que debet amori. Gaudia premissi cumulat inopia dolores. procho dolor ergo multorum opera suspitione non carent qui bene agere secreta non curant sed palam ideo bonum faciunt ut laude fruantur publica fortunamque mundi preferunt virtuti. vnde cuiuslibet de ponto. nunc tamen fortuna stat caditque fides. nec facile reprobis multis in milibus virtutem precium quod putat esse sui ipse decor recti facti si premia desint. non mouet et gratias penitus esse publicum nil nisi quod posse potest carum est inuicem vancorum.

Spem fructus nemo auide petendus erit. Et subdit.  
Sponte sua probitas officiūq; iuuet Mercede caret p  
seq; petenda est. Exterius virtus ināmutata bonis. nū  
quit ergo delectabile est si quis ea fecerit que virtuosa  
videntur. Et ex desiderio premp temporalis operum su  
ozum fructū perdat. dolendum est enim q; nullus vir  
tute complectitur vt premia sibi tollat vt iquit iuuenas  
lis libro. iiii. nihilominus cum virtus debet fortune p  
esse. nec est appetenda virtus vt fortune munera succe  
dant. Vnde tullius in rethorica secunda Sola iquit vir  
tus in sua potestate est omnia que pzetet eam sub for  
tune subiecta sunt dominatione. naz diuitie virtutis pe  
disse que sunt. Illeq; liber estimandus est. qui nulli tur  
pitudini seruit. si ergo cupiunt omnes homines liberi  
esse cur virtutibus abiectis seruiles diuitias preferunt  
sic enim agere maxima sapientia est. quia teste tulio d  
padoris. omnis sapiens liber. omnis stultus seruus.  
Quid est libertas potestas viuendi vt vis. quis autem  
viuit vt vult nisi qui recte viuuit. qui gaudet officio qui  
nec legibus propter metum paret sed sequitur. Tollit  
vt qui nihil facit nihil dicit nihil cogitat nisi libenter  
ac libere Sola ergo sapienti dūenit vt nihil faciat iuni  
tus nihil dolens nihil coactus cū seruus sit obedientie  
Et subdit nunquid ille liber est cui mulier impat cui le  
ges imponit prescribit. iubet et vetat. quid ei videtur.  
nec illi imperanti aliquid negare potest vel audet recu  
sare. Ergo iquit tul. istū solū seruū. sed etiaz nequissimū  
appellandū puto licet amplissima familia natus sit. oīs  
em animi humil fracta timiditas seruitus est hec ille.  
que igitur gloria restat amafis veneris qui tūc maxie  
famulantur etiaz fedissime turpitudini qn eoz iudicio  
maxie gloriāntur itaq; sensus corū ita ebetantur vt glo  
riam credant ignomineam et seruitutem prin cipatum.  
Fii ergo suomet vicio miseri sunt. quia teste seneca ep.  
lxxxvii. nemo nisi suo vicio miser est. si ergo cupis liber  
fieri vicia evita nā liber et gulosus esse n̄ potes. Inquit  
marcialis coquus Et subdit atentus tua si pctes esse toga  
liberis vtiq; rege viue potes. vereantur igitur diuites  
seculi huius qui se putāt liberos et maxie subseruiūt. nō  
quid dō et hoib; s; nūis et peccudib; suozq; aratoz

Et familiarum curam gerunt tanta sollicitudine ut quietem perdant. nec tamen sana sollicitudo reprobanda est sed illa quam cupiditas infert que utique hominem servilem reddit. Unde Seneca in tristate. nescis cupidi regnum quo iacet loco regnum non faciunt opes non vestes tirie color non auro nitide trabes. rex est quem ambitio vulgusque favor non movet qui est in tuto positus loco et omnia infra se videt. Et claudianus in maiori Si metu is si plura cupis si duceres ira servici patientie iugum tollerabis iniquas interius leges. Et sequitur. Tunc omnia iure tenebis cum poteris rex esse tui. nam illi soli liberi sunt qui sibi ipsis dominantur. quid igitur hominibus prodest molestiarum causas acerbare hoc enim faciunt qui delictorum occasiones in laboribus querunt. nunc feminarum imitando collegia. nunc pompam assumendo fastigia nunc bonorum cupiendo encenia. Nec enim omnia ruinosa et labilia sunt libertatem auferunt et criminum morbos ampliant servitutemque agravant et ab omni bono retardant. tantum enim cernimus divites ad bonum fieri tepidiores quantum fiunt ditiores. unde prosp in libro epigramaton. quid iuvat in longum causas perducere morbi Cor dubium expectat cras hodierna solus. Scimus correctis veniam non esse negandam. Sed nulli nostrum est ultima nota dies Libertas nulla est maiore potestas. quam servie deo cui servit homo sine iugo positaque nunc est in dictionis amica voluntas. que viget affectu non gemit imperio. Et gamfredus in poetria nova liber est a vicis qui non servat abundantis Cui satis est quod habet pauper est qui plus cupit Ecce igitur patet virtutem servilem non esse nec sperare mundi premia que premia non nisi bonis deficient. unde Eunodius Semper nunc studys merces ressecantur honestis. qui vult ergo liber fieri virtutum querat ornamentum mundanis abiectis.

Sequitur Capitulum. iiii. quomodo  
virtus consistit in medio.

Capitulum.iiii. quomodo virtus consistit in medio

Voniam in medio consistit virtus. Effectus ergo virtutis est medium tenere et ad extrema non vergi. vnde floza. in li. epistol arum Virtus est medium vicioꝝ vtriq; redactū quia scz virtus recedit ab omnibus vicys. Et seneca ad lucillū ep. lxxvi. omnis virtus in medio est. Illi igitur virtuosi non sunt qui extrema querunt. nam et bona quidem faciūt sed nec bene quia quod nimium est assumūt nempe ieiunare bene est sed nimis ieiunare virtus non est. virtus enim semper medium querit. vnde in prouerbys sapientum dicitur. omnis bonarū rerum nimia consuetudo pessima est. omne enim nimium fertur in viciū. Sed miraris quomodo in bonis posset esse nimietas. Nam si nimietas fuerit iam res bona non est. Attende queso quia res multe bone sunt ex fama et ex se sed fortassis in te bona non sunt eo qd a te bene non fiunt. quis enim fornicat penitentiam esse bonā si vero indiscrete eam facis in te bona non est. Itaq; penitentia ex se hominem perficit sed homo insipiens per eam non semper perficitur. Sic enim experimur qd ventus suavis nutrit ignē sed excessiuus extinguit. vnde ovidius libro secundo de remedijs v̄to nutritur. v̄to extinguitur ignis. Ignis leuis alit flammās grandioꝝ aura nec cat. Ea ppter ipsemet ovidius libro secundo metamorphoseos ait iter vtrunq; medium si tenes tutissimus ibis. Et maximā Maior enim medijs gratia rebus ad est. Vnd gamfredus in poetria noua In omnib; vna est virtus seruare modum. iuxta illud puerbium omne. omnibus adde modum r̄. Sapiēs igitur virtutes acquirat vt mediū et modum in omnibus teneat. quia teste horatio in libro sermonū Est modus in rebus sunt certi deniq; fines quos vltra citraq; nequit consistere rectum. vnde aristoteles primo ethiceꝝ ostendit qd virtus tollit superfluum et tenet mediū. itaq; libertas est medium inter auariciam et prodigalitatē. Sed fortassis an inter vicia aliquod mediū sit quod si fuerit virtus esse putabitur. Hic dices vtiq; omne peccatum fore extremum

licet alterum altero sit extremius virtus aut mediat quod  
scilicet peccata vndique repudiat Nam omnia cupere viciū  
est omnia indebite erogare stulti cia ē Quid autem coguit  
tenere et quid licet hilariter distribuere. liberalitas ē  
medium ergo sapiens in cibus teneat. Vnde omerus  
virtutem immitte furozi furozē virtute ergige Verum  
quod plurimi tenere mediū nesciunt vnūque viciū extremū  
vitare volentes in aliud extremū incidunt. nam multos  
vide tanta temeritate superbos vt ceteros aspernerēt  
et rursus deprehensi et propria imaginatiōe ducti ita se  
prostituebāt vt pcti2 abiecti quod humiles viderēt. eozū  
quod inclinatō locū nō habebat. Alios vidi furiosos vbi tñ  
ocasio nō mouebat. et rursus beniuoli et tatiñi vide  
bantur. vbi tñ reprehensionis stimulu2 nō adderat d tali  
bus Horatius libro sermonū ait dum stultū vitant vicia  
in cōtraria curunt omnibus hoc viciū est cantoribus  
inter amicos. vt nūquā inducant animum cantare rogati.  
Et idem Horatius in epistolis. Alter in obsequiū plus  
equo pron2. alter rixatur sepe de lana caprina. Si ergo  
petis virtutes habere. mediū queras quod tenere pluri  
bus difficile est lignantur quā tristia occurrūt. vñ teste  
Aristotele quarto ethicorū. Mollicies inquit ē fugere  
laboriosa. difficilius est trista isufferre quā a delecta  
tōnibus retineri itaq; difficilis quā quod est inuentō mediū  
quā grauis imminet anxietas. reperibile tamē est mediū  
si assit bona voluntas verum quod virtus est circa difficile  
peccare aut facllimū est. nec mirum quod cadere possunt  
qui sunt impotentes surgere aut nequeūt. Peccare em  
deficere et cadere est. Sed viuere virtuose potentia ē.  
vnde seneca de naturalibus questionibus libro. vii. dif  
ficile inquit inuenta est virtus. dux ducem rectozemque  
desiderat sed sine magistro vicia discuntur. vnde ouis  
de arte amandi. li. secundo. Et nulla nisi ardua virtus  
Et idem libro de ponto. Tendit in ardua virtus. Ita  
quod virtus in arduis et necessarijs probatur in quib2 ho  
mo perficitur. vñ prosper libro epigramatō. Ampli2  
limite celsa petit quia scilicet vie oblique sunt multe. s;  
via recta est vna que petit celsa scilicet diuma que via  
ad tenendū difficilis est nisi homo gratia dei rotozet  
quia teste petronio. nihil est tam arduū quod impbitas

non extorqueat. Virtutum igitur via difficilis est sed  
recta atq; in omnibus media.

Capitulum. v. quomodo mens naturaliter respicit vicia

In peccare prohibita non esset ad huc peccata  
humane displicerent menti non corrupte per  
que mens ipsa laceratur et concutitur. unde  
quintilianus de oratoria institutione li. viii. Nihil est in  
quit tam occupatum tam multiforme tam variis effectibus  
concessum atq; laceratum sicut mala mens Nam et cum  
insidiatur ut malum agat labore constringitur et cum  
sceleribus intendit tunc solitudine penarumq; expecta  
tione torquetur. o igitur cum peccare penosum est nunc  
et in posterum cur mens humana tanto desiderio stu  
det ea facere quibus anxietur. reuera hec facit animus  
egri qui cupere nunquam desinit ut ponit tullius in tus. ques.  
li. iii. Sed peccator dicit quod reus occasione peccet ut for  
tassis quia diuicie animum eius afficiunt. reuera sic di  
cens frustra friuoleq; se excusat. unde sen. ad lucillum  
ep. xvii. non est inquit in rebus viciu sed in ipso animo  
Et id quod paupertatem nobis graue facit diuitias etiam  
graues facere potest. quasi diceret ab anima procedit  
omne viciu et tedium. Et subdit. quemadmodum nihil  
differt utrum egri in lecto ligneo aut in aureo colleses  
quocumque enim transtuleris illum morbum suum secum  
transferret. Sic nihil refert utrum egri animus in diui  
tibus aut in paupertate ponatur. Malum enim suu illum  
ubi que sequitur. Et idem ep. ii. dicit. Si vis omnia subicere  
tibi te subice rationi Multos enim reges si illa te rexer  
it et ab illa disce quemadmodum et quid egere debes.  
Hec sen. fateatur igitur peccator non a rebus peccatum  
procedere sed a corrupto animo suo quia animus de peccato  
in peccatum cadit. in peccatis tamen nunquam requies in sola enim  
virtute quies. Vnde Tull. li. iii. de. natura deorum. versutos  
inquit eos appello quorum sceleriter mens versat cuiusmo  
di sunt peccatores quorum mens inquietat. o quod est peccata  
culu animus egri ut ponitur in puer. sapienciu Et reuera  
spectaculu dicitur forme est quoniam anima a quo vires procedunt habent  
homo totu in ruma ponit dicitur tali animo loquitur ovi. li. dicitur tristibus  
omnia pueras possunt corrumpere mentes. Sunt tamen ille suis

omnia tuta locis. Quasi. d. q7 nō a rebus sed ab animo  
corrupto peccata deriuantur. o vtinā animus peccātis  
virtutes adamare disponderet. Vtinam si peccator deū  
negligit saltem se diligat suamq; pacem querat. Atten  
dat enim peccatis pacē non haberi. Vnde psper in li.  
epig. fallaces inquit curis semper torquentur auaris.  
Et mala mens nūq; pacis gaudia habet. Et tibulli 2 li.  
ii. Sollicitant pectus facta nefanda rerum. vnde oui.  
li. i. sine titulo. Multa miser timeo quia feci multa pro  
terue. Exempliq; metu terreoꝝ ipse mei. Et orator li. ii.  
o quantum per mania currit mens ignara boni. Et per  
sius cur ve interis anime et celestiu ianes. q. d. anima  
cur ve scz male sunt manes et maniter celestis sedes p  
mittitur eis Sapiens i peccata sua respuat que mentē  
affligunt et virtutibus intendat quibus prestantibus  
requies hic datur et eterna pax procuratur. vnd val.  
li. ix. quid inquit vicys fedius quid etiam damnosius  
quibus virtus atteritur victorie laoguescūt sopita gla i  
infamiam conuertitur animiq; pariter et corporis vir  
es expugnantur. vnde boe. iiii. de con. qui virtute de  
serta homo esse definit cum indiuinā additionem nō po  
test vertur in beluam scilicet i bestiam. Cum igit quili  
bet dicat se velle hominez fore cur per delicta facit ho  
mo vt bestie comparatur. nam et io luxuriata i vaccaz d  
uersa fmgitur ab oui. li. i. metha. Abscedant ergo vicia  
inimica virtuti humaneq; additioni. Sepius enim vicia  
videntur amicari sed obsunt ea que imerito amendam?  
Nam superbos sepe honorabiles dicimus. Iracundos  
animosos Auaros puidos itaq; sub pelle vulpina pec  
cata nos inuadunt et quasi virtutes essent ita nobis ap  
patu suo applaudent. nā teste tul. in i. rethorica vnicui  
q; virtuti vicium repit viciū secundum apparatus sed  
est reuera atrariū. Sic em p audacia famatur ptinacia  
et p religione supersticio. sed nihilomin2 virtuti viciū  
contrariatur. licet apud vulgum p vicio virtus capiat  
hec tñ virtutū additio ē pctā expellere vicys quoq; vir  
tutes repellunt. vñ lactā. li. de vero cultu. Porro iquit  
si virtutes iferas vicia sponte recedunt. si vicia eximas  
virtutes vltro subibūt. si enim bonoz maloz q; dstitu  
ta est natura vt se semper expellant. hec tñ peccatorū

expulsio maxime obicitur. quia scz plurimi peccata etiā  
quedā graua nō detestantur. nā suas libidines et cra-  
pulas dogmatifant. veruntamē teste. augu. iiii. de ci-  
dei. ille inquit p̄bi qui veritati p̄p̄i2 accesserunt iram  
atq; libidīnē viciosas aī partes d̄fessi sunt. Cur igitur  
scelerati quidā ex delictis nō verent. cur veritate audi-  
ta nō d̄uertunt. obscurata ē em̄ mens eorū veritatē quo-  
q; si audiūt lumē tñ nō d̄cipiūt. vñ boe. de con. nubibz.  
inquit aeris condita nullum fundere possunt sidera lu-  
men. q. d. quemadmodū nubes lumen nō accipiūt sic  
mentes vicijs obscurate veritatis lumē se nō corrigunt  
o vtmam h̄y formidarent tempa mortis vita casum ge-  
niturē turpitudinē h̄ys em̄ consideratis vir sapiens re-  
uocabit animū suū peccareq; timebit et virtutibus im-  
tendit. vñ p̄sp̄ i libro epis. scire volens in qua sis rerū  
per te locād2. Discute inquit quid timeas quid ve sit qd  
amas. nā cūcti gemio nascunt fomite motus respondēt  
q; suis gemia p̄ncipys. que verba valēt q; sapiens d̄-  
sponere volens quid sit factur2 respicere habet quid  
amat quid timet. Ex hys em̄ duobus fomitibus omne  
opus emanat opa q; iungūtur suis p̄ncipis. q; qual-  
fuerit amor vel timor tale opus erit. qui igit recte vi-  
uere cupit timeat et amet quid sit timendū et amandū.  
nā deus ē qui p̄ceteris est timend2 et amandus. Ti-  
mendus em̄ q; iudex. Amand2 q; beneficiorū cū col-  
lator est ipse q; p̄stitit animū vt ratōe vtamur p̄fecta  
quā igitur vile si pecudibus assimulemur scz si virtute  
carem2. vnde tul. li. de padoxis. cū tibi deus vel mā  
omnim natura dedit animū quo nihil p̄stātū nihil  
diuinius. turpe igitur si te ita prosternis vt nihil inter-  
te et pecudem esse putes. Et idem tul. i p̄bi. ca. ii. So-  
inquit quo maior est vis aī quā corpis eo grauiora sunt  
mala que animo concipiunt quā que corpore feruntur.  
miser est igit qui peccatū concipit quod facere nequit  
licet sit vterq; miser. Sed vnde cecitas tanta ita vt sic  
homo ita euersus vt etiā sue creationis non remiscat se  
q; rationale ope nō ostendit hoc enim facit de lecta  
tio ceca. vnde claudi. in maiori heu quā cecus m̄st vi-  
cijs amor qui scelera procreat et procreata cū fuerint i  
maiora commutat ineptisq; desiderijs corpus et animas

piter mortificat. vnde seneca ad lucillū ep. liii. In hys  
quoq; morbis quib2 afficiunt animi quanto quis pei2  
habet de tanto min2 sentit. nam qdlibet viciū suū etiā  
premiū placitū offerre videtur. nam auaricia pecuniā  
pmitit luxuria voluptatē Ambitio pompam. Itaq; vi-  
cia peccatorē sua mercede excecant vt tangit idē sene-  
epi. lxi. Pliis igitur persuasionibus occludit vicia fore  
deferenda. vnde Mathei in lib. de thobia. Et grauius  
meritum pene quam pena necari in cruce credo minus  
quā meruisse crucē. quid igit dicturi sunt amatores se-  
culi qui de peccatis puniri non timent deū ipsos vide-  
re fortassis non putant. vñ sen. li. de mori. nihil itereft  
quo animo facias qd viciosum est fecisse. quū imo et si  
deus atq; pximus malū non videret minime faciendū  
esset. vnde tul. li. iiii. de of. certe inquit si omnes deos  
hominesq; celare possis nihil tñ iuste libidiose faciē-  
dum est. quū imo vir bonus non solū nō facere. sed nec  
cogitare quid audebit qd nec audet pdicare. Ex quib2  
patet viciis aspretis virtutibus esse isudandum vt sana  
poscit natura. Ca. vi. de honestate vite it2 et foris

**V**iri virtuosū iterius boni exterioriq; existere de-  
bent. iterius cū de2 videat. Exteri2 vt pximū  
istruant. vñ. se. ad lu. ep. x. Sic viue cū hoib2  
tāq; de2 videat Sic loquere cū deo tanq; hoies audiāt  
Et ep. xxix. multo iquit magis tibi expedit nosse q̄lis tū  
bi videaris quā qual alius. iuxta illud catho. plus aliis  
de te quā tu tibi credere noli. illos igitur virtuosos eē  
dubitam2 quibus bene viuere tedium est nisi laudes  
ab hoibus impendāt eis. vt attenderēt illud se. ep. xli  
Sacer iquit iter vos spūs sed; maloz bonozq; nostroz  
obseruator et custos hic prout a nobis tractatus est.  
ita nos tractat. Si enim bene egeris sufficiat tibi tue  
ascientie testimoniū quia non est bene agendū vt de te  
loquantur homines sed vt ipse tecū loquaris inquit se.  
ad lu. ep. lxxvii. nempe miser es si atemnis ascientie tue  
testimoniū ibidem ep. xliii. Sed multi coram hoib2 ap-  
parent et solitarii deū pretermittunt quia virtus in eis  
nō est. cū tñ sen. vbi supra ep. lxxxiii. dicat sic certe vi-  
uendū est tanq; i aspectu alic2 viuam2. Mibi em obest  
ab homine aliquid esse secretū. sufficit em qd deo nihil

clausum ē corā igitur illo bene agere sufficit quia corā il-  
lo cū agim2 sum2 tanquā corā iudice oīa carnēte. vt di-  
cit boe. i. de dō. Sed plurimi famā pauci vero dōscientiā  
verentur. vt habet i. puer. sap. vnde tibul. li. i. ne tibi  
celandi spes sit peccare pāti. Est deus occultus qui ve-  
tat esse dolos. vn. de cui. li. i. de ar. a. incue viuite qz  
mīnime ille abest. hec oīa adiecta sunt ideo qz vere vir-  
tuosus gliaz nō ex ope querit sed deū petit i iudicez et  
se ipsuz i testem nō corā hoīb2 s; corā dō qui testimōia  
nouit. Erubescat igit hō etiā solitarie peccare psumens  
et si deū n̄ timeat saltē sue dōscientie testimōiz erubescat.  
vn. Se. li. de morib2 nullū pctōz tuozū consciū magis  
timueris q̄ teipm. Alū em̄ effugere potes te aut nūqz  
s; nūquid virt2 dfozis testimoniū petit. reuera testis n̄  
eget. sed dfozis i exemplū testes si habuerit pdest.  
nā sicut solis radius sparsus pluribus proficit rebus sic  
vita btā videntibus pdest vnde then. in adelph3 dicit  
ispicere tanquāz i spcō vitas hoīm iubeo. et se. ad luc.  
ep. vii. Cū hys versare qui te meliorē facturi sunt illos  
admitte quos tu potes facere meliores. optimū quidē  
est maiorz vestigia sequi si recte precesserūt. vn. catho-  
p̄ri2 esto bonis sic potes optim2 esse. nā teste cui. li.  
iii. de ar. a. Tūc bene fortis equus reserato carcere cur-  
rit. cū quos p̄tereat quosqz sequatur habz. nimirū igitur  
qz si dominus dicit i euāg. Sic luceat lux vestra corā rē.  
tūc em̄ lux lucere dicit cū bonū opus dfozis i exemplū  
ostendit p̄prio enim piculo cauere assistens i struitur  
quāobrem tibul. li. ii. ait felix quicūqz dolore. alteri2 dī  
dicit posse cauere suū. vn. gamf. in poetria noua Siren-  
es exemplar habe docearis i illis casibus i letis semper  
peiora cauere. nā sirenōz cantus letificat sed subuersio  
nauiganciū sequit frequenter. quid ē tñ qz multi virtuo-  
sos se dicūt sed nec exemplū exhibēt nec iceptis bonis  
d̄tinuāt hoc fortassis idō ē qz virtuosi nō sunt sed tales  
putant. Capitulū. vii. de bona cōsuetudine.

**Q**uod noua testa capit iueterata sapit. qui igit  
virtuosus fieri cupit sapiēs est. si iuuenis bñ  
agere disponit pluribus tamen virtuosē viue-  
re penale est. vicys tamē cū intendūt peng subiacent qz  
exigat opus virtuosum. cur hoc contingat nescio nisi

quia mala consuetudo praua qz vita solita animū retar-  
dat a bonis. Vnde gualterus i alexandreis libro vi  
Consuetudo potens ē sed natura fortior est ipsa itaqz  
mala consuetudo allicit sed necessario nō vincit. rursus  
et si mala dsuetudo superare potest fac vt tua dsuetu-  
do bona fit. Vnde eunodius tempore inquit difficile  
veniunt ad aratra iumenta lenta pati frena docentur e  
qui ferreus assiduo consummitur annuus vsu Nihil cō-  
suetudine maius qua mala assuesco ferre. vnde ex quibz  
verbis ptz qz sicut equz per assuefactionē nō renuit fre-  
nū annulusqz ferreus ex frequenti vsu consumitur. sic  
et pampius docilis homo bona dsuetudine mediante  
virtuosus efficitur. vnde seneca libro d moribus Edu-  
catio et disciplina mores facit et illud sapit vnusquisqz  
quod didicit itaqz dsuetudo bona excutit qd mala in-  
struxit Et idem li. i. de na. ques. Quis inquit non itel-  
ligit omnia consuetudine vim suā perdere. Et ibidem  
libro quarto quam diu decurrunt solita magnitudine  
eorz consuetudo subicit. qui cupit igit virtuosus fieri  
consuetudinē sibi querat honestā. vñ Arest. ii. meth.  
Illud quidē ad quod assueti sumus magis applicabile  
animo est Vnde multi ppter assuefactionem audiendi  
fabulas animū a veritate diuertūt. quia teste iulio cel-  
so libro. ii. rex omnium magister est vsus. Et salustius in  
iugurtho. Plura inquit sunt que licet graua sint tamen  
ex consuetudine p nihilo habent. vnde plures peccan-  
di cōsuetudinē habent ideo peccata graua nō vident  
eis. Si tñ conformiter virtutibus adhesissent facilita-  
tē bene agendi equaliter et per amplius iuenissent. vñ  
tul. i philippica li. vi. omne malū nascens facile oppri-  
mitur inueteratū aut plurimū fit robustius mala igitur  
antequā vetera sint extirpari debent qz consuetudinis  
maxia vis est. Inquit tul. in tus. ques. li. ii. vbi de diui-  
natione consimilem sententiam ponit. vnde ipse tuliz  
in oratione pro cornelio ballo. vsus inquit assiduus vni-  
rei deditus et ingenium et artem vincit. Quamobrem  
seuarum rerum consuetudo pessima est. grauissimūqz  
consuetudinis imperium. nam consuetudo est altera  
natura. vt inquit Muerzois et Horatius i epistolis ean-  
dem tangit sententiam. Hec enim omnia sapientem in-

struant vt auescant viuere sancte et prudenter loqui.  
qui teste quintil. li. i. Consuetudo est certissima loque  
di magistra Discat igitur sapiens virtutibus elucesce  
re vt moribus et vita sibi ceterisq; valeat proficere ad  
quod proficiendum prodest honesta societas que vir  
tutum exempla docet. vnde sen. epistola vii. ad lucillu  
sic inquit. Transi cu Socrate viue cu zenone cu crisippo  
cum possidoneo Hi tradet tibi humanorū diuinoꝝq;  
noticiam Hic videbunt in opere expedire vt tantum no  
scias eloqui et in oblectatione audientiu verba iactare  
sed et animu indurare et aduersus minas te erigere. Me  
rito apo. i. corinthe. vi. dicebat. nolo vos esse socios de  
monioꝝ. id est peccatoꝝ quonia iuxta peruersum per  
uerteris vt patet per pphetaz. quicunq; ergo in virtuti  
bus perfici cupit bonos et prudetes sequatur viros. vn  
amb. li. ii. de off. pulcra est inquit societas senioꝝ et ad  
olescentiu. Aly testimonio aly solatio alii magisterio  
alii delectatione coueniunt. Si quis enim hominem vice  
osum in sociu elegerit ipse cum illo peribit. vnd prouer  
xxvi. dicitur. noli esse amicus homini iracundo neq; am  
bules cum homine furioso ne discas semitas eius Sup  
quo verbo grego. ome. ix. dicit. Infirmi debet declinare  
societate prauoꝝ ne mala que frequenter aspiciunt et  
corrigere non valent eos amplius inficiant. Et si d' infir  
mis hoc cauetur potius ergo hoc de sanis accipi debet  
ne suam sanitatem scz moꝝ honestatem alieno exemplo  
perdant.

Capitulum. viii. quo vitanda est mala vita et mundi  
vanitas.

**V**num peccatum aliud trahit vnoq; habito nisi  
corrigatur homo. totus in abisso mergetur d  
lictioꝝ Sed seculi vanitas plurimu correctioꝝ  
impedit. vnde seneca ad lu. ep. lxi. Cogito mecu qua  
tum ad spectaculum lusoꝝ fiat concursus. quanta sit  
contra bonas artes sollicitudo q; Imbecilli animo sunt  
quozum lacertos humerosq; miramur. quia scilicet va  
nitas seculi peccata consuetudinemq; peccatoꝝ gen  
erat. Vnde idem epistola quadagesimasexta vbi inquit  
causa sublata e peccandi ibi peccata consuetudinis cau  
sa metuimus. Nam illicita consuetudine amantur.

Vnde ponit idem Sene. in hercule et heo. Et idem in  
agamennone. Vis inquit ponere mores seculū fuge p  
scelera enim ire tutū iter non est nec scelus vnicū erit.  
vnde seneca de benefi. o stoici dicitis omnes stulti ma  
li sunt et qui vnū viciū habet habet et omnia. quod si  
ita est nonne vndiq; humano generi peccatū diunctū  
est nonne publica querela est beneficia perisse. et pau  
cissimos esse qui de bene merentibus non iuicē pessime  
mercantur. Nescio inquit qui non ex philosophorū do  
mo clamat non est hospes ab hospite tutus non focer  
a genero fratrum quoq; gratia rara est. Immo exitio vir  
coniugis illa mariti beneficia in scelus versa sunt. et sag  
uini eorū nō dpauntur p quibus sanguis fundendū  
est. Nec ille. Ex quibus verbis deludatur q; mundū to  
tus in maligno positus est omnisq; virtus perit et pec  
cata president vniuersę genti nec graua ex d̄suetudine  
putantur. vt tangit salustius in iugurtho. vnde plautū  
in aulularia patientia desidie a criminosa crudelitate  
assignantur. sic euertuntur omnia. itaq; peccatis serui  
unt omnia. vnde boe. iiii. de con. quantas rex lubrica  
vertit fortuna vices. Et sequitur ac diuersa president  
sanctaq; nunc calcantur. latet obscuris condita virtus  
clara tenebris. Itaq; sacris morib; preferuntur crimina  
que non a rebus sed a malis p̄deunt hominibus dicente  
tulio li. de paradoxis. Non autē peccata rex euentu s;  
vicijs hominum eueniunt. vt iam autem attenderent  
homines quo pacto veteres sublimati sunt. nō enim opi  
bus similibus nostris. vnde salustius in cathelmario.  
Maiores inquit et predecessores plurima bona magnos  
fecerunt que nobis nulla sunt. nā apud eos foris fuit  
iusticia domi industria animus in d̄solando inuitas in de  
delicto libidinis odiū. Oro hys aut nos habemus luxu  
riam et auariciam et subdit. omnia inquit virtutis p̄e  
mia ambitio possidet et domi est voluptas. foris autē  
non iusticie sed pecunie seruitur nūquid igitur illud  
quidam de tristibus verificari potest. Alta inquit laben  
tur ab equore retro vnda dabit flāmas. et dabit ignis  
aquas. Tercia feret stellas celum scindetur aratro. oia  
nate p̄posteris legib; ibūt. oia iā fiet fieriq; posse nega  
bā. que ver. ni. al. son. nisi q; mūdū vps obliquis ābulat

Et omnia versa lege fiunt Vñ lucanus li. v. Itur i omē  
nephas iuuat esse nocētes. idem facm<sup>2</sup> quos i quā ac  
equat. Et ovidi<sup>2</sup> li. i. d' arte amādi. Cura ē sua vnicuiq<sup>3</sup>  
voluptas. Et idem li. de tristibus. Nubila sunt nostris  
tēpora nostra malis. et idem li. i. metha. Effodiūtur  
opes incitānta malorū. Iāq<sup>3</sup> nocet ferzū ferzō nocēt<sup>2</sup>  
aurum et sequitur. filius ante patrem patrios querit m  
ānos. Victa iacet pietas. et subdit quo mare quo cel<sup>2</sup>  
quo repta quo regia celi ardeat et mūdi molles oposa  
laboret. Et sequit<sup>r</sup>. signitur quia cum caro clamat eāq<sup>3</sup>  
spiritus exaudit consensu culpa causatur. Inq<sup>3</sup> creādo  
nephas caro fit vir spiritus vroz. Nec enim grād<sup>2</sup> ab  
usū est spiritū carni subici quod tñ peccatū facit Vitan  
da sunt igitur pētā ne per ipā dissipe<sup>t</sup> hō ratōq<sup>3</sup> pereat

Capitulum. ix. Quō est mala peccandi oportunitas.

**P**urimi igit peccāt eo q<sup>3</sup> peccādi oportūitate  
habent. Si autem peccatū ipsīs prohiberetur  
aut si male agendi facultatem non inuenirēt  
sepius male agere desisterent. Vnde psper in libro e  
pigra. Cum datur iniusto peccandi optata potestas  
vt mala mens que praua cupit efficiat ira est mag  
na dei qua multos sic punit vt quibus exultant crimini  
bus pereant Et sequitur nūquid erit in orbe quod nun  
q<sup>3</sup> dominabitur illi. cui supra auxiliū iam medicina ne  
gat. quicunq<sup>3</sup> igitur filios vel familiares rectori sunt  
et non corrigunt videant ne oportunitatem peccandi  
exhibeant. q<sup>3</sup> nephas permissum vile fit sepius inquit  
maximianus. peccare etiā non incipientibus tanta phi  
bitio facienda est ne vlla occasione prohibitionis ma  
lum cogitare incipiāt quod prius factibile non perpen  
derunt. aut ne prohibitione aspera imminente vetitum  
experiri studeant vnde ovi. li. iiii. sine titulo. nitimur i  
uetitum semper cupimusq<sup>3</sup> negata. rursus aly plures  
licentiam se habere putant peccandi eo q<sup>3</sup> reprehenso  
res non habent. fortuna enim eos sic sublimauit vt q<sup>3</sup>  
paupes iracundia incitante faciūt id superba auctori  
tate presumūt. vnde salu. i. cathe. Sepe iquit alia aly  
licentia est q<sup>3</sup> magno pediti i genio que volunt agūt

et que apud alics iracundia dicitur hoc in eis crudelitas appellatur. In fortuna tamen etiā maxima peccādi minima licentia est. vnde tulus in philippica iii. Illud inquit licere dicimus quod legibus institutisq; maiorū conceditur. Neq; em̄ quod quisq; potest illud age licet aut nec apterea quod nemo obstat pmittitur sc; peccādi licentia. nam et plato dixisse refertur. Illa inquit est verissima iusticia que erga inferiores seruatur. nā triumphus innocentie est nō peccare vbi liceat posse. Inquā: tum igit plus peccare potes desine q; sc; peccandi potestas legitimū opus nō reddit. Vnde claudianus ī maiori procliuor vsus in peiora datur suadet q; licentia luxū nō tibi quod posset sed quod fecisse d'cebit. Et p̄sper vbi supra. qui se peccatis feliciter gaudet vti infelix est nimis p̄speritate sua. Durimi tamen licentia occasione a peccatis se excusant nō q; nō faciunt sed dicunt impone ea facere posse nullum tamen viciū licitā excusationē habet. Tunc enim peccatum non esset. Vñ in prouer. sapientū dicitur. omne peccatū est voluntariū. omitte igitur excusationē nemo enim peccat iuitales enim malūt peccata sua excusare quā efugere. vt ponit sen. ī daclama. li. v. Al; vero mala faciūt sperantes postremo excusari. de quibus idem seneca in edipp. Malorum inquit praua spes est. Et therentii in echira. Si quis post factam iuriā se expurget par; sibi p̄dest. Sepius tamen peccant aliqui veniam nō desiderātes obtinere. itaq; dicunt q; peccare nunquā placuisset si remittendum peccatū suum non putassent. vnde venia cum amore a relictis tenentur resistere a crimib; apud eos videtur excusationem prebere. Contra quos loquitur coudius libro de ponto. Ne factum defendas tuū mala causa sitēda est nil nisi sollicitē sint tua verba preces. ne tua si fletu cindantur verba nocebit. interdum lacrimę pondera vocis habent. que verba nihil aliud sonant nisi q; peccator; potius lacrimis q; excusationibus intendere debet suum q; delictū fateri. vnde Marcialis coqu; simplicitē pereat viciū fortasse pusillum. Quod tegitur mai; credim; esse naphas. Sed in hoc aliqui pereūt q; qualitātē peti sui nō agnoscunt. curari igit nō possunt eo q; ignitū vuln; non capit medelā.

vnde Maximianus. non intellecti nō est curatio morbi  
si quis ergo peccatum sciat fateatur ipm excusationē  
qz deuā non querat. vnd fulgentius li. iiii. mitologiaz  
formidosa inquit suspitio semper excusandi suffragia  
querit. Et subdit. Ignorantiam iquit iuris absoluit ve-  
nia que culpam scire nō dsuevit. quasi diceret excusatio  
nulla est nisi vbi ignorantia inuincibilis habetur.

Capitulū. x. d cautela vitandi et agnoscēdi pctā  
vltia sunt vicia que virtutis speciem habent. a  
quibus cauere difficile est nisi caute quis ac-  
tendat. vnde quintilianus de oratoria istitu-  
tione li. ii. Est iquit quedā virtutum vicioz qz vicinitas  
qua temerarius pro forti et effusus pro copioso accipit  
Et sen. ad lucillū ep. xlv. vicia iquit sub virtutū nomie  
nobis occurrunt. nam temeritas sub titulo fortitudinis  
latet. Moderatio vocatur ignorantia pro cauto timido  
accipitur zc. Et subdit. In hys enim magno periculo er-  
ramus. Et idem ep. lvi. omnia inquit vicia ad modum  
morbi in apto leuioza sunt et tunc pniciosissima quan-  
do dissimilata sanitate succidunt. quecūqz agimus cū  
magna deliberatione faciēda sunt operisqz consiliū  
querendū congruit ut nature fiat opus. sic tangit sa.  
in cathelinario. vnde tul. i cathelinam Habet inquit ca-  
thelina viros iprobos sub umbra virtutis optimisqz vi-  
ris se iunctū simulabat. nūqz inquit tale monstrū inter  
uis visum puto fuisse. Et subdit. quis enim clarioribus  
uiris quandoqz est iocundior quis turpioribus est con-  
iunctior quis cuius aliqñ melior quis hostis ciuibus d-  
terior quis uoluptatibus inquinatior quis i laboribus  
patientior quis in rapacitati auarior quis in effusione  
largior. Illud quoqz i eo erat mirabile regere naturam  
suam et uersare ad tempus atqz huc et illuc torquere  
et flere cum tristibus seuerē cum remissis cum luxurio-  
sis luxuriose uiuere. Hec omnia designant peccatozes  
et peccata sepius dissimulari nec facie pima cognosci  
sepe enī cū uiris optimis iunctū esse putabis et cū uicio-  
rū amatoribz residēbis Inquirat iquit sapiēs quid pec-  
catū ut caueat. quis pctōz. ut sibi se n iūgat. quod facie-  
bat sid omīz vt patet i suo ep. li. iiii. d quodā sic dicebat

Est hic ipse loquax aut dicax aut letus arrogans aut i-  
constans curiosus vel perspicax. Talia em̄ de ea querēda  
sunt si non voce tñ m̄te cū quo viuere petis quia timid⁹  
se vocat quādoq; tñ et surdid⁹ partiu vt ex puer. sapiē  
tū colligit. nūquid em̄ seplucra de aurata sepi⁹ vidim⁹  
in quibus nihil nisi putredo latz. Aspectu quidē polita  
sunt et int⁹ sordida. Sic vicia quedā honestatis speciē  
gerunt et tñ ab oī lege et iure recedūt que nō obstāte  
suo apparatu vitanda sunt. Quoniā teste ouī. primo de  
reme. mala sunt vicina bonis errore sub ipso p vicio vir  
tus vicia sepe tulit. Vnde iuue. li. ii. fallit em̄ viciū spēs  
virtutis et vmbra. Et gamfre. i. poetria. felmodicū totū  
mor fiat et ingratum eum reddis cui maxime congruit  
beneficia cognoscere suscepta eoque me est ratio et mens  
qua singula talia agnoscere possunt. unde de ingrati-  
tudine loquens seneca libro primo de beneficiis. Inter vicia in-  
quit maxima nihil est frequentius quam ingrati-  
tudine animi. Et ibidem libro. ii. quidam inquit fortune gratias  
agunt et in angulo erit non ad aurem. Et subdit ingra-  
tus est qui remotis arbitris agit gratias. Idem epi. r.  
ad lucillum. nihil carius estimamus quam beneficium  
quod diu petimus nihil vilius quod cum cepimus ingra-  
tum sumus. quod verum est apud superbos. sed humiles bo-  
na suscepta agnoscunt suaque gratitudine vendicant amicos.

#### Capitulum quartum de superbia fugienda.

Superbia est eleuatio indebita mentis que iure  
meretur casum hominem infatuat amicitiam  
seperat generat iurgia patientiam tollit excessus  
suadet correctionem respuit eloquium tume-  
scere facit. mores elatos reddit. deprecari dissuadet.  
se flectere non permittit. nullumque vicium magis pro-  
prie demonibus hominem equat. unde Plautus in au-  
lularia. res nimis singularis est homo superbus non pa-  
tiens. nam superbi minores despiciunt maioribus inui-  
dent et ab equalibus dissentiunt. unde sicut in prover-  
sapiantum dicitur. Cito fit ignominia superbi gloria. nec  
tamen illos existimo superbos qui famulatum hominum  
sic accipiunt quod eos non contempnunt. unde seneca ad  
lucillum ep. xlvii. In homines inquit similes nobis non  
agimus superbiam minimamque seruitutem exigimus. verum  
quod corpus famulari permittimus sed non minus apre-  
ciamur. Ipsos enim fratres eadem natura nobis proge-  
nuit. Orochdolor tamen superbia die in diem crescit  
illi quoque qui superiores sunt nobiliores volunt nuncu-  
pari. iuxta illud salust. in iugurtino. Superbia ratione  
nobilitatis malum est. Hic enim ceteros rusticos vocat

conditiomsq; seruilis eo tamē pacto quo ceteris inuri  
antur se ignobiles fore ostendunt. Nobiles enim non  
sunt nisi qui faciunt ea opera que nobilia sunt. Si em̄  
adest fortuna prospera cur superbiunt scientes qd soli  
da non est. vnde tulli2 libro primo de offi. In reb2 aut̄  
prosperis superbia fugiēda est et arrogancia. nam ad  
uersas res et prosperas in moderate ferri leuitatis est  
scilicet in sapientie. vtmam superbi verifcatoris docu  
mentum mente conspicerent. Mit enim. vnde superbit  
homo cuius conceptio culpa nasci pena labor vita ne  
cesseq; mori vana salus hominis vanus labor omnia va  
na. Inter vana nihil vanius est homine post hominez  
vermis post vermem fit cinis. Heu heu sic cedit incin =  
erem gloria nostra suum. vnde primas. Si tibi gratia  
si tibi sapientia formaq; detur. sola superbia destruit  
omnia si committetur. Et prosper libro epig. sola est in  
numeris armata superbia telis quia scilicet sola super =  
bia infinitas sagittas gignit peccatorum. vnde ironice  
iuuenalis libro. iiii. superbis ita loquitur quia tu galli =  
ne filius albe vos vilis popul2 nati infelicibus omnes  
que verba pretendunt vt nullus p̄sumat de semine vel  
matre iactare seipsum. omnes enim eiusdem nature su  
mus nec pulcritudo debet signere fastum. veruntam  
en teste cundi. libro primo de fasto. fastus inest pul =  
cis sequiturq; superbia formam. si tamen attenderent  
pulcri se turpes futuros. clare cernerent eorum gloriaz  
existere vanam. Inquiramus igitur vnde oriatur i hom  
ine fastus aut presumptio. si enim ex malo tunc super =  
bie occasio non est. si ex bono cur superbit cum non ab  
ipso sed ex deo sit. Stultus est enim qui de non suo iac  
tantiam facit. vnde gualterus libro secundo in alexan  
dreiodos. Parcite mortales animas ex tollere fastu.  
p̄cite victores igrati viuere summo victori vires scep =  
trum diadema triumphos. Diuicias clare qui potuit  
auferre valebit. Itaq; omnia bona ex deo sunt. Si quis  
etiam ex bonis superbiam accipiat bonis iam caret. vñ  
prosper in libro epig. quod quis non cecidit proprium  
sibi viribus aprat. Hoc ipso quo se stare purat cecidit.  
Ecce vides omnem superbiam postulare casum licitaq;  
ratione carere. Nam fastus hominis non ex ratione sed

ex mera stulticia deriuatur. itaq; stulti omnes illi sunt  
qui de sua fortuna aut sapientia superbiunt qui cet er  
is se sapientiores existere credunt qui doctores eos se  
posse instruere presumunt dicente varrone in suis sen  
tentijs Contra omnes sapere decipere est. id est non  
sapere. Et tulus libro de achada. Inepte quis mimeruā  
docet et siluester pudet docuisse mimeruam. euanescent  
igitur mundi sapientes quorum superbia mera insipie  
tia est. Ambiant enim principatus domi na plateas  
familiam et seipsos non possident seq; ipsos ignorant  
vnde seneca libro de quatuor virtutibus. ne inquit in  
re altiori te ponas in qua stanti tremēdum descenden  
ti cauendum est Et ibidem epistola. lxxiii. Ambiciosus  
non tam iocundum est multos videre subiectos quam  
grane ante se habere parem. Nec enim ambiciosorum  
stulticia est sibi parem pati non posse alijsq; preesse p̄  
optant sibi autem si preessent superbia non tumescer  
ent. vnde in prouerbys sapientum dicitur. vis habere  
honzem do tibi imperium magnum. impera tibi nullū  
enim imperium utilius quam sibi ipsi imperare. vnde  
socrates Stultum inquit est vt imperare quis velit alys  
cum sibi ipsi imperare non possit. Et Eulgentius libro  
secundo metologiarum. qui plus querit esse quam li  
cet minus erit quam vellet. si quis igitur ascenderit sic  
scandere studeat vt cadere nō oporteat. Vnde Mezzo  
buis in libro saturnaliū Ad summum inquit gradum  
claritatis cum veneris egre consistes et citius quam  
ascendas cades. Ve autem regibus et principibus qui  
gloriam mundi quasi perpetuam arbitrantur. casus em̄  
non habent timorem quia forte non cognoscunt deum  
maiores. De quibus sidonius in suo epistolari libro se  
cundo sicut inquit hominibus reges imperant. ita do  
minandi desideria regibus dominantur. Cur igitur su  
perbiunt reges. Hys em̄ subseruiunt quibus preesse se  
iactant. nam si rex bonus es tunc sollicitaris quid faci  
at seruus vt malū corrigatur bonumq; premiatur. Stu  
des enim quid imperabis quoniaz remp. defensabis  
quas leges facies quibus officia cōmittes quo pacto  
emulos detabis quo tramite amicis dplacebis. In hys  
em̄ oibus tibi famulantib; subseruis. cur igitur supbis

Diceret enim quod hec omnia aliis committes quomodo  
igitur regis reuera rex non es nisi populum regas que  
si rexeris ut prefertur famularis. Absit igitur ut super  
biam ex domino suscipias quod fecisse legitur alex. vnde  
valeri. libro viii. fastus inquit alexandri pectus in faci  
abile laudis accepit in numerabilesque mundos audies  
fore a democrito eos concupiuit. Fleu inquit me miser  
qui mundo vno dotatus sum. Cui alexandro ut refert  
thartius quidam dixisse fertur. Si inquit corporis tui  
magnitudo animo par esset orbis te non caperet. Vna  
enim manu orientem et altera occidentem attingeres.  
Sed quid respondit. Ignoras nunquid arbores magis  
nos diu crescere postmodum tamen vna hora extirpant  
Ex hiis principes omnes documentum accipiant et super  
biam si quam gerunt deserant. Quia teste gualtero in li  
bro alexandreidos. quam frivola gloria mundi quam  
rerum copia fugitiva hominum. Et plautus. qui preesse  
cupit prodesse recusat. Magnus alexander mihi exem  
plum est cui non sufficit orbis. Postmodum sufferat exci  
sa defossa marmore terra. quinq; pedum fabricata domus  
quam nobile corpus exiguo requieuit humo. que omnia de  
cludunt superbie fastum vitare debere.

#### Capitulum. v. de vana gloria.

Nam gloria ideo sic vocata est quia inuti  
lis et vana est. et sicut stulti hi merito arbi  
trantur qui viribus se putant diuites fieri. Sic  
stulti videntur hi quorum desiderium et sol  
licitudo vanitas est. De quibus Horatius in libro ser  
monum. gaudent pro nomine molles agricole. Et Aua  
nus. Sic quocumque noua sublati laude tumescit. Et  
Marcialis coquus. cum voco te dominum noli tu capere  
fastum. Sepe etiam seruum sic resaluto meum. nam  
plurimi in solis vocibus gloriuntur et ex honore vano  
in seipsis tumescunt proprioque ore laudibusque se extol  
lunt. quos redarguit catho dicens. non te collaudes  
nec te culpaueris ipse. Hoc faciunt stulti quos gloria  
verat manis. quid dicemus tamen quia singuli gloria  
ex operibus expectant. Vnde narzat Valerius libro ix  
quod cum suffodes iam senex tragediam pro certamine mi  
sisset audiens se vicisse et superasse pro gaudio expirant

Et plini<sup>2</sup> in ep. ad Arzanum Necesse est vt laudis sue  
spacio et cursu et peregrinatione quisq; letetur Eandē  
sententiam tangit tul. in tul. ques. libro. i. Nos inquit  
aliter ars omnesq; intentum ad studia glorie habentes.  
Quibus omnibus attentis quibusdam apparet ex opi-  
bus posse gloriam capere congrue Huic aut dubietati  
respondendum sic apparz Nam si bene feceris si te bn  
fecisse leteris nec vana gloria utilis est Sed obest si d  
tuo suscipias opere gloriam quam deo non referas et  
de quo gratias deo humillime non impendas. Talis  
enim gloria non tua est sed dei. Si em ex bono opere  
sic leteris q; tamen deo regratieris tua tunc leticia nō  
est manis quia bono limitat fine Sed illa gloria vana  
est et manis quam ex te et in te accipis qua mediante  
primum despicias inflarisq; et iactantiis tumescis. Ab  
sit hoc a iustis gloria hypocritarum est quorum opera  
ficta quoz etiā merces vanitas ē. De quibz tullius lib.  
primo de offi. totiz inquit iusticie nulla capitalior quā  
eorum qui quod agūt simulant vt boni viri videantur.  
Et ideo libro. ii. ibidem. omnia ficta celenter tanquā  
flosculi decidunt nec simulatum quicquam potest esse  
diuturnum Et libro. iii. Homines aliquid agētes et id  
simulātes p̄fidi sunt impbi et maliciosi nullū em illoz  
factū vtile esse potest. nā teste eodē tuliz li. de amici-  
cia. omnium rerum simulatio viciosa est. tollit enim iu-  
diciū verū. nec tamen reprobandi sunt qui peccata sua  
tegunt ne peccandi occasionem alijs prebeant. Sic em  
agere hypocrisis non est sed vera est eorum gloria qui  
non ad aliud se bonos ostendunt. nisi vt glorientur et  
laudes habeant et promoveantur et dominentur. Itaq;  
hy mali non sunt eoq; malam mentem eorum tegunt.  
Sed quia bonum simulant quod nō intendunt hominū  
q; iudicia sub spe glorie subuertunt. Hy vulpibus simi-  
les apparent atq; lupis. vnde persius Particulam ve-  
terem retines si fronte perit. Astutam rapido seruas  
sub pectore vulpem. Et prudētius Latitat lupus ore  
cruento lacteolam mentitus opem sub fellere molli.  
vnde Horati<sup>2</sup> in poetria noua. nunquid te fallant ani-  
mi sub vultu latentes cuiusmodi sunt hypocrite Ipsi em  
se ostendūt vt dō famulari credantur demonisq; sunt

fily sed lucē gerere vidētur Si em̄ opa eorū vera existerent mercedem veritatis ex operibus non expectarent Vnde Olimus ad catullium • Magnitudo animi nihil ad ostentationem sed oīa ad d̄scientia; refert recte q; facti non ex populī sermone mercedem sed ex facto petit • nam sicut opera sunt sic premia conformia querunt In quorū p̄sona loquens boeti2. ii. de consolatione • nos inquit nec ad populares aures inanēq; rumores recte facere temptamus et relicta conscientia virtutisq; p̄stantia de alienis sermonunculis laudem captamus • Horū etenim vita fictio ē et mores sunt imagines absq; vita et ideo delentur et decidunt • quia teste seneca li. de clementia • nemo potest diu ferre personam fictam • Cito enim in naturam suam recedunt quibus veritas non subest • que autem ex solido nascuntur tempore in meli2 proficiunt • nempe vani et iypocrite sic agnoscūt raro enim perseverant et viuendi maneriē mutant laudes amant iactantia;q; faciliter producant adulari glorientur a quolibet reuereri expectant quid agūt arbitrantur bonum de alijs vero prave iudicāt corrigi nō lunt • Corrigendi vero occasionem querunt • que autē faciunt aut facturi sunt sibi precipi dolet • Arbitrantur enim proprio sensu se regere posse in alijs tamen obedientiam petunt viuendiq; normam non habent vnicam et in agendis semp̄ extremisq; in omnibus singularitatem student et quod facere soliti sunt multos si facere videant mox viuendi modum nouum ex cogitant • gestibus et signis pluribus ceremonijs se ostendāt faciliusq; se incurrant et humilitatem quā minime habēt maxime fingunt dum loquuntur ab omnib2 audiri cupiunt sed neminis sermonem benigne audiunt • inuite salutant nisi signo vel nutu vt meditatione aut oratione vacari arbitrentur ad iracundiam facile mouent et turbati cum fuerint mordaciter irritant sueq; supbie veneno tumescunt studioseq; mendicant et malum d̄ alijs aperte dicunt vt in se ipsis habere non credāt vt ex inde gloria accipiāt non libenter laudāt nec laudātes auscultant frequēt murmurant et sub nebula detrahēre nō cessant Si vero sui stat2 plurimos videāt bos palam secuntur vt ex eorum consortio famam vendicent •

recusant tamē parem quenquam eis fore sed maiores  
eis hypocritas sectant ut laudis participes fiāt mino-  
resq; cupiunt sequaces ut eorū doctores videantur cū  
paribus vero voce et mente contendunt. Frys enim sig-  
nis agnoscuntur hypocrite et in similibus premiuntur  
Eorū enim opera atq; premia vana sunt. rursus eorum  
tanta est temeritas ut omnia presummāt. nihilq; diffi-  
cile arbitrantur eis in tollerabilesq; labores inchoant.  
sed tandem fatigati de corporis debilitate se excusant  
sub tali em̄ pretextu balneis dum placet utuntur quia  
dum volunt infirmantur. Eo enim pacto quo fingunt  
virtutem nō habitam pariter infirmitatē fingere sciūt  
et cum infirmitatis species acceperint pl2 quibuscūq;  
alys volunt plangi nec potest eis sufficienter seruii.  
Duritus enim atq; lenimenta lenam mollē lintea o-  
ozifera et queuis oblectamenta carnis sub nube fictē i-  
firmitatis postulant. rursus cum hypocriti diutissime  
vacauerint si exind̄ honores nō p̄cipient si opes nō ob-  
tineant si secularib2 vacantes desiderys videant ipsis  
preferri si conspiciant suum deprimi statum et odio a-  
cunctis haberi. Tunc mores p̄habitos deserunt et se-  
cularib2 se conformant postremoq; ceteris dissolutio-  
res fiunt et solum hoc plangunt qd̄ voluptatibus nō  
dederunt tempore quo hypocriti seruiierunt. Florū igit  
inutilis labor ieiunia friuola fructum nō capiūt exopi-  
b2 suis vane glorie deditos seducit laus ab adulatori-  
bus oblata qui quantum in eis est eos interficiūt quos  
suis laudib2 inficiunt. Nam teste Ouidio li. xii. metha.  
Et obest sua gloria multis. Ideo Matheus in theobia.  
nō credes titul̄ fame teq; dsule credeq; menti. Et mar-  
cialis coqu2 Hunc volo laudari qui sine morte potest  
Absit tamen q̄ eos laudari prohibeam in quibus vir-  
tus est. quia teste Ouidio libro de ponto. excitat audi-  
tor̄ studiū laudataq; virtus crescit et immensum gloria  
calcar hab3. Et idem. iiii. de tristibus. nō paruas dat  
aio gloria vires. Et sedula facit pectora laudis amor.  
Absit igit ut hos virtuosos laudari nō debere dicam2  
piculū est quosdā laudare Nescis em̄ quis virtuos2 sit  
Credis em̄ virtutes augere laudibus et virtuosos for-  
san suis spoliabis virtutibus. Smt igit p̄ce laudes tue

nisi virtuosum agnoscas quem laudaueris quo agnito  
laudare non desistas temporibus oportunitis ut sibi vir-  
tutes accrescant dicente seneca libro de quatuor virtuti-  
bus. lauda parce vitupera partius. queso tñ vt pluries  
eorū laudes amemozentur plures em̄ alios laudant qz  
principibus placent Sed hec laus modica est dicente  
Horatio in epistolis principibz placuisse virū non vlti-  
ma laus est. Alij vero bonos laudant non in eo qz boni  
sed vicia eorū qui ex fama boni sunt amendant. Hec em̄  
laus stulta est vnde varro in suis sentencijs. qui in mag-  
nis excellit inuitus laudabitur. nouimz em̄ temporibz  
istis quosdam ex fama bonos quibus turpia pmo tur-  
pissima contigerunt sed omnia profunt in laudem illi.  
nescit em̄ vulgus a fama recedere solita. bonos igit lau-  
demus in eo qz boni sunt de peccatis vero laudare ca-  
ueamus. vnde cassi. epist. iiii. Debemz inquit omnibus  
bene gerentibus impendere laudes non quid falsas sz  
veras. quia teste sidonio in suo epistolari lib. ii. Sicut  
vera laus ornat Ita falsa corrūpit Et valerius libro. iiii.  
Publica religione consecrata virtus nulla priuata lau-  
datione indiget. Et plinius in quadam epist. Hoc ipz  
amantis est amatū non honorare laudibus. Veruntam  
virtus laudanda est. vnde idem plinius in epistola ad  
corneliū thicianū. prauū ac malignū est non admirari  
hominem admiratione dignissimū Ex quibus omnibus  
colligitur qz licet laudibz virtutes nō egeant virtuosos  
tamē laudare discrete et parce congruit dumodo laus  
virtuti non credat abesse sed saluti prodesse. redargu-  
endi igitur sunt quia per mundiciam laudare recusant.  
et qui more adulatorū falsis sermonibus applaudent.  
vnde ovidius. Laudacio inquit tantum glorie tollit.  
quantum falsitatis imiscet. Et Therentius in ad epb.  
coram inquit aliquo laudare verecundum est ne adula-  
tionis causa fieri videatur In hoc positus est mundus  
qz omnes mendaciter laudari cupiunt et qui non lau-  
dant aduersary putantur. vir tamen circūspectz potiz  
laudibus egere qz abnudare cupere debet. nescis enim  
quanta sit demonis astutia de laudibus enim tibi pro-  
pinatis mucronem sue temptationis efficit. Absit igit  
vt laudes appetes si tamē acceperis ipsas deo referas.

Vnde seneca ad lucillum epistola lxxii. quid inquit le-  
taris ab hominibus laudari. reuera minime potest nisi  
forsan stabilis extiteris virtusque laudibus crescat quod  
raro contingere videtur. queso enim si lauderis ut te ipsum  
agnoscas nec aliis potest de te ipso quam tu tibi credas dicere.  
cathone. Cum te laudat aliquis responde. Plus aliis de te responde.  
Et oratius in epistolis. Percunctatorem fugito Et sub-  
dit incipient tibi peccata pudorem. ut inam igitur lau-  
des quas audis te cadere non faciant. Si enim mini-  
straueris ut virtutes acquiras. Ne qualis conuersio si  
tibi noceant attende quia tibi non nocebunt si te ipsum  
noueris. Ideo enim aliqui laudibus decipiuntur quia  
sui immemores fiunt et laudum precopia se agnoscere  
pretermittunt. vnde gualterus in alexandridos li. vii.  
Dum secuntur profugi bona momentanea mundi. Ali-  
cit illicebis animam caro nec sinit esse principum memor  
enim vel eius imaginis instar. bona enim mundi laudes  
quandoque arbitrantur quibus occurrentibus sepius ho-  
mo non remiscitur sue facture et seipsum ex toto ignorat.  
quicquid tamen audieris veritatem proferas animo  
tuo. quia teste lactantio libro de vera religione. Nullus  
suauior anime cibus quam agnitio veritatis. veritatem  
autem illi non habent. qui verbis laudantium magis in-  
tendunt quam proprie iacture quam in seipsis nouerint.  
veruntamen seipsum non qui nouerit faciliter errat verbo  
seducitur resurgereque nescit. In quorum persona loquitur  
Seneca epist. i. Ceci inquit ducem querunt nos autem  
sine duce erramus et ideo ad sanitatem difficulter pro-  
uenimus quia nos egrotari nescimus. illi enim se egro-  
tari nesciunt qui sue mentis delicta non nouerunt. ni-  
hil melius tamen quam seipsum cognoscere. nam cog-  
nitio sui superbiam vitare discet. et laudibus non decipi  
prestat. nec paruum donum est seipsum cognoscere.  
De celis enim processisse legitur. vnde marco. libro  
primo de somno Scipionis. de celo inquit descendit  
Snotos olitos. id est scito te ipsum. vnde refertur quod  
quidam querenti quo itinere ad beatitudinem per-  
ueniret. vox delphici oraculi respondit. Si te agnos-  
ueris beatus eris. vnde in fronte templi hec senten-  
tia scripta fuit. Homini necessaria est cognitio sui.

Hijs omnibus attentis nec laudes nec opes: nec fama  
superbiam in te generabit teipsum si cognoueris. Con  
spicies em̄ ex vili materia te p̄genitū mēstruis in vtero  
nutritur turpitudinibus videbis tuam infantiam ma  
culatā fuisse iuuenturis quoq; tua fuere tempora pluri  
mis exposita periculis: senectū te persequitur: et mors  
petit occasum: peccatisq; forsan iuolutus es. nulla tua  
est p̄speritas segura. Ecce quanta humilitatis incita  
menta ergo te agnosce: superbiam vitare si velis. Sed  
nunquid laudib; auditis desistere poteris a fastu: aut  
opibus si dīteris. nunquid ex eis tibi gloria vana sur  
get nequaquam em̄ si te bene conspexeris. vnde Marci  
alis coquus. *¶* Quia res hec est opibus nō tradere mo  
res. quia p̄pter diuicias cor exaltari nō debet. vñ gual  
terus in *Alexandriados* libro. viij. Quid tibi diuiceps  
opus est esuriē pariunt. quanto tibi plura parasti tāta  
plura petis sicq; famē. rursus defectum copia nutrit.  
Quidens igitur pecunys non gloriatur vt ex laudibus  
tumorem accipiat. sed se agnoscere discat. vnde tuli; 2  
in oracōe sua. *¶* Pro certo illud esse volo vt qualis es cog  
noscas. talemq; homines existiment. quid em̄ prodest  
laudib; vanis extolli. nam teste eodē intus. quest. libro  
iij. Homo qui sine materia in vanitate versatur. nullaz  
effigiem eminentem virtutibus sed vmbraz imaginis  
glorie sectatur. q. d. q; vir vanitatib; superbie deditus  
more imaginis debilis est. vñ Valeri; maxim; narat  
Socratem dixisse. Conscientiā plus quam famam attēs  
de. Per famam enim falli poteris per conscientiā nunq;.  
vnde Sen. ep̄. xxvi. remoue existimationem hominum  
dubia semper est et in vtrāq; partem diuiditur. q. d.  
de laudibus parum esse curandum. vnde narzante va  
lerio libro. viij. laudari noluit *Aristo*. sed de seipso in  
neutram loquendū predicabat. quonia; se laudare vitu  
pare est. vnde *Simach*2 in suo epistolari. omnis osten  
tatio nō caret suspitione mēdary. q; quicquid assumit  
p̄prium. nō imitatur. Et *quintilianus* de oratoria insti  
tutione libro. iij. verecundius est dicere sua. quā alie  
na laudanti. Et *quidius* li. iij. sine titulo. quis furor ē  
que terre latent in luce fateri. Et que clara facta  
referre palam. vñ *Catho* Ne sis ventosus si vis bonus.

esse videri. Nempe qui se laudant. se superbum. et con-  
sequenter viciosum monstrat. vnde quintilianus libro  
viii. de oratoria institutione. Viciosa est res iactantia  
pariterq; fastidium et plurimum odium. et subdit. qui  
enim supra modum se extulerit alios despiciere credit.  
ob hoc Prudentius libro de afflictu vicioꝝ et virtutum  
desine grande loqui frangit de? omne superbū. Mag-  
nā cadunt. inflata crepant. tumentia premuntur. Scan-  
dunt celsa humiles. traduntur ad ima feroces Et gam-  
fre. in poetria noua Vmcat op? verbum mimuit iactan-  
tia famam. Capitulum. vi. de habenda paciētia.

Pacientia vincit maliciam vir quoq; paciens  
superat emulos nec potest eam prebere vni-  
uersis. dicta victoriam quam patientia donat. Ipsa  
em mala tollerare benigne facit Itaq; pati qui nouerit  
ferre impassibilis ē sibiq; nemo nocere potest eoq; no-  
cium nihil sibi apparet. vnde lactanti? libro de vera  
iusticia. Pacientia inquit est maloz que aut auferunt  
aut accidunt cum equanimitate tollerantia vnde plau-  
to Totius inquit philosophie rebor est patientia Et tu-  
lius in primo rethorice. Pacientia est honestatis siue  
humilitatis cum rerum arduarum ac difficiliū volunta-  
ria ac diuturna perpessio. Hanc siquidem patientiam  
habent sapientes vt ex prouerbis sapiētum colligitur  
Sapientes em merito dolores ferre debēt quia dolci-  
bus castigatur corpus et anime subicitur dicente sene-  
ca ad lucillum epistola lxxvii. In remedium cedūt ho-  
nesta solatia. Et quicquid animū erexerit etiā corpori  
prodest scilicet ad correctionem. Et subdit noli mala  
tua tibi facere graviora et te querelis onerare. nam le-  
uis est dolor si nihil illi opimo adierit. Et idē sene-  
ca epistola. vi. ad paulum. feramus equo animo et vta-  
mur foro quod fors concesserit donec inuicta felicitas  
finem malis impouat. nam apud atheniē. Solon pa-  
cientissimus fuisse legitur vt tangit valerius libro. vii.  
Et terentianus in Apologitico. Epicurus inquit omne  
ctuciātū dolozemq; damnant. reuera noui plurimos  
esse impacientes potius opimione ppria quā vexatione  
extrinseca. qz teste quintiliano li. vi. subdit libes pietas

Et idem quintilianus causa decima. nulla pena est nisi  
inuito nullum habemus nisi in impatientia dolorem.  
Et ut qui quod crudele sit metus facit. verum quod multi  
suis stimulationibus viros etiam virtuosus ad impaci-  
entiam redigerunt. dicente Seneca libro primo de cle-  
mentia temeritas hominum et contumacia sepe tranquil-  
lissimis pectoribus impatientiam extorsit. o utinam in  
vita mortali in qua pro certamine constituti sumus pati dis-  
ceremus Solent enim milites fame siti ipsis non recu-  
santibus vexari. Milites igitur christiani ea libenter fer-  
ant que aduersa fortuna pro certamine ministrat nocu-  
menta. tunc enim fortuna victa est virum patientem si in-  
uenerit. quoniam teste prudentio li. de conflictibus vi-  
ciorum. Ecce modeste grauis stabit patientia vultu.  
per medias in mota acies variisque tumultibus expectabat  
defixis oculis et leta manebat. inde quiescens manet paci-  
entia fortis ad omnes. omnibus vana comes virtutibus  
associatur. nam vidua est virtus quam non patientia fer-  
at. vnde teste lucano li. secundo. gaudet patientia dur-  
is. Et Ouidius li. ii. de arte amandi. Cedere repugnanti  
cedendo victo abibis Et idem Ouidius libro secundo  
de remedijs posse pati facile est tibi nisi patientia de-  
sit. flumen perpetuo torrens solet citius ire. Si tamen  
hec breuis est illa perhenis aqua. que verba nihil aliud  
sonat nisi sicut aqua torrentis quandoque intrat flumen  
quod est altius eiusque aquam perpetuat sic patientia  
omnia vincit et vir patiens fortiores se superat. Ideo  
Marcialis coquus inquit qui sua metitur pondera ferre  
potest Et Seneca ad Lucillum epistola. viii. bonus que-  
quid accidit ei equo animo sustinebit Sciat enim ita acci-  
disse lege diuina qua vniuersa procedunt Hec sequende  
ratio magnam patientiam suadet. Nam si consideres a  
deo singula fieri cui nulla vis resistere potest Cur igitur  
molestum tibi est ea sustinere que deo placent. dicente  
Seneca epist. lxxiiii. ad Lucillum. placeat homini qui c-  
quid deo placet Et idem in Hercule furente. nullo pre-  
metur onere patienter qui tulit. nam virtutis donari est  
Et subdit. quod durum fuit pati memisse dulce est. vnde vale-  
rius libro. iiii. non pro gloria contemptu doloris acquirere  
quia titulus sapientie datur Et Therentius in Echira.

Ex quo tibi fuerunt comoda eius equum ē ferre icomoda. vnd̄ Marco libro saturnaliū. qui suos dolores anxietatesq; dissimilant patientie beneficio ad maximā voluptatem Et idem refert iniurias em̄ tulit libenter. Ut autem patientiam quis obtineat consideret an aliquid mali gesserit. et si culpabilē se reperiet penas correspondentes suo crimini imponat. Quas tunc libenter ferat ex quo propria facta illas meruerint. dicente Catherone. quod merito pateris patienter ferre memento. Cum reus tibi sis ipsum te iudice damna. vnd̄ Valerius libro quarto refert q; cum Siracusanus a Dionisio tyranno repulsus esset tunc accessit ad domum Theodori pro tunc principis in vrbe ad fores tamē diuissime expectant et suo complici tunc dixit patienter hoc ferendum est quia forsā aliquod simile fecimus cum in gradu nostre dignitatis essemus. vnde Ouidius libro epistolarum. Leuiter ex merito quicquid patitur ferendum est Et idem Ouidius libro secundo sine titulo. Equo animo penam quam meruere ferant. Attendamē em̄ vere patientie comoditates. Nam patientia excitat animū et corpus laboribus exercitat. vnde Gualterus in alexandriodes libro. iii. Excitat iterdum vires doctor patientis sepe relatum vis illata leuat minuitq; coactio culpam. omnia descendunt a summo culmine regne que verba designat duas patientie comoditates. Dat em̄ patientia exercitium et contra culpā remediū. vnd̄ Gualterus libro vi. asperior sanat grauiorē potio morbos Et matheus in libro de thobia. nonne patienti redolet tribulatio p̄cit passio delēctat lesio pena sapit. reuera patientia merita aguet deuotionem confertq; crementa et in aduersitatibus crescit. vnde orator libro v. Mitissima soris est penarum quas vota gerunt regniq; facultas perpetuo p̄ rege pati mensuraq; virtus crescit in aduersis. Si enim quis p̄ nomīne dei penam sufferat hoc libenter agat quia p̄ illo certat qui superabundanter p̄ omnibus rebus pensat rursus consideremē egros pro sanitate plurima flagella pati que licet aspiciunt libenter tamen ferūt sub spe future sanitatis. nunquid ergo p̄ salute mētis penas si occurrāt libenti aīo ferri congruit. vnde Ouidius libro primo de remedys

Sepe bibi succos quavis inuitus amarus. Eger et fate-  
or medicus turpiter eger eram. Vt corp<sup>2</sup> redimes fer-  
um patieris et ignes quia scilicet pene sunt tollerande  
p corporis medela. verū q<sup>7</sup> p corpore homines omnia  
ferunt sed promente raro eo q<sup>7</sup> corporis molestias sen-  
cunt anime vero calumniam non aspiciunt veteres tñ  
plurimi penas innumerabiles tollerasse referuntur ip-  
so dicente libro de tristibus. tot mala sum passus quot  
in ethere sidera lucent. paruaq<sup>3</sup> quod siccus corpora  
puluis habet Et eodem libro fert sapiens omnis casus  
patienter amarus. frena nec idomiti more recusat eas  
quia scilicet sapientes libenter ferunt que tolleranda  
sunt Animaduertant amatores mundi quanta dulcedi-  
ne vitam deducunt sepius sceleratam cuius mollicies  
asperitatem gignit penarū succedentium p delictis in  
quibus delectantur Eorum tamē arbor spinosa est sed  
rosas conspiciūt dulces et arboris spinas nō attendūt  
quia extrinseca delectamenta de gustant et delicta in-  
trinseca non increpant Hy simulantur arbori spinose p  
ducente rosas. dicente coudio libro de ponte Sepe cr-  
eat molles aspera spina rosas. Iupiter in multos temer-  
aria fulmina torquet. qui penam culpa nō meruere pa-  
ti. Der amplius illi igitur penam patienter ferre de-  
bent. qui propriis delictis eam meruerunt. quinimmo  
letari habent qui deliquerunt si penis in hac mortali  
vita afficiantur. quanquam em̄ cum peccatoribus disti-  
milat deus. nil tamen multum manebit sed pena graui-  
or multū post obitū apparebit. vñ p̄sper li. epig. Mul-  
ta diu summi suffert patientia regis suspendens equi-  
pondera iudiciū. Et subdit. Et curat medicus vulnera  
vulnerib<sup>2</sup>. Ad ueniā tēdūt iusti pia verbera regis. ira  
breuis rectis gaudia longa dabit. quia scz post vitā p̄-  
sentem deus sceleratos puniet et iustos premiabit. Et  
illos per penā iustos p̄ gloriam eternā. Absit igitur vt  
quis impatiens fiat ex vite p̄sentis. modico verbere. s<sup>3</sup>  
potius medicorū consilio adiuuemur Cōsulūt autē mē-  
bra morbida truncari vt resid<sup>2</sup> corporis pars valida ma-  
neat. Hui<sup>2</sup> etenim vite solacia post ponamus carnisq<sup>3</sup>  
maceracionem nō recusē. vt sal<sup>2</sup> futura nobis p̄stet  
vñ Claudiamus. trūcef et artus vt liceat secure viuere

mēbis Et in puerb. sapi dicit. feras quod ledit ut quod  
pdest feras. qz teste oui. li. i. sine titulo. leue fit. quod  
bene fertur. recolo impatiētes etenim plurimos viros  
vidisse quibus omnia nocebant. Alios autē aspexi pa-  
cientes quibus omnia prospera videbantur Nam quan-  
to quis minus nouit pati tanto seuius et frequentius  
affligitur. Quanta em̄ pena hys adest qui de omnibz  
vmoictam q̄runt verbisqz importunis contra singulos cō-  
tendunt. Et si spes superandi affuerit nunq̄ indulgēt  
nisi percuciant. Vt iam attendere illud cathonis.  
quem superare potes in terdū vince ferendo Maxima  
etenim quoz est patientia virtus. Cum recte viuas ne-  
curas verba malozū. arbitry nostri non est quod quisqz  
loquatur Dices forsitan pati molestū fore tibi eoqz pa-  
cem cū hoibus queris sed hominū impietas te anxiat.  
Vt iam attenderes illud psperi i li. epig. Impia pars  
mundi parti est infesta pioz Et subdit Dulsant exteri-  
us diuersis motibus hostes Intus ciuile est et sociabi-  
le malum. q. d. q. anxietas a malis de foris impulso vi-  
ro nō nocet si eius mens ab itus quieta sanaqz esset. Sz  
fortassis superbia mentem occupat. ob hoc leuis ifesta-  
cio iram cōcitāt beneficiorqz collata possessio rigidior  
es sepe aīos facit. Itaqz gratia de sursum collata fom-  
tū frequenter impatiētie mistrat. ob hoc magister zelo-  
fic ait de gratia vitā corrūpere vitā ne vite merita de-  
meriaris ita Pleu vnd̄ hic accidit qz munera dei patiē-  
tie detriantur nō quid ex se. sed ipsa qui habent impa-  
cientes. eoz occasione fiūt. quid est qz nullus verbera  
tollerare potest sed ex modica iūria quisqz mouetur.  
Attendam̄ em̄ qz verba vento d̄pantur et tunc mīme  
nocent qn̄ de ipsis nulla cura prebetur aut qn̄ obliui-  
one traduntur. Turpe est enim illius remisci quo affli-  
garis. vnde in puer. sapientū dicit. iniuriarum remediū  
est obliuio. Misericordia em̄ fortuna est que inimico caret  
Si enim nullus inimicus facit iniuriam tibi multos facit  
tū inuidia. vnde viri boni est pati nescireqz ac facere  
iniuriam ei. nam iniuria ē infamia eius qui facit ideo  
teste varrone i suis sentencijs Contemnendi sunt mer-  
uditor d̄tempt. Et salusti. i iugurtino bono viro sanc-  
tus est vinci qz malo iniuriā vincere. vnde Seneca ad

Lucillum epi. lxxvi. Equo animo audienda sunt impa-  
toris diuicia ipse atēptusq; honestorū tibi cura est si ab  
impitis adēmnaris. nā ab eis laudari honor non est.  
Eorū igit iritacōes tanq; friuclas asperne et benigne  
patere. Si em animaduē tam2 veterē tollerātā exēplo  
dotabimur eorū singulaq; pati discem2. vñ cassiam2 in  
lib. collacōnū refert q; Socrates iniuriati nocere no-  
luit. quāmo cū quidā corruptorē pueroq; eū vocasset  
tūc discipuli eius irruere volebant in eū Sed socrates  
ait. o sodales quiescite corruptor em sum sed me cōtin-  
eo Ecia de ipso socrate refert Hierom. dtra ioumianū  
li. i. q; pacientissimus fuit. nā vxores duas cū haberet  
ipsas sepi2 iridebat eoq; ppter ipsum disceptabant.  
Curigit ppter me disceptatis nā fedissim2 homo sum  
naribus simus fronte caluatus fronte pilosus. nouissi-  
metamen pzfate vxores impetū mutuū verterūt in eū  
ac quaq; fedissime eū detur parūt. qui nihil respondit  
nisi sciebā i futuris vt ista tonitrua imber seqret. Ipse  
ecia soc. teste señ. ad lucillum dixisse refert q; nihil pa-  
tis qui secū paciētā habz q. d. q; paciēdo paciēs vir  
nō patit quia ex pena nō molestat. Itaq; impacientes  
maxime paciunt et maxie angustiant. Si aut paciētā  
haberent q; virtus est tunc paciēdo non paterentur.

#### Capitulum vii. de Ira.

Ira p̄turbat animū sensum nō p̄mittit discerne-  
re verū et illū plus affligit cui adheret quā  
eum dtra quē ipsa mouet. nam semp̄ inest an-  
gustia iratis. Tibi igit parcas aliis si nō parcas vñ de  
ira loquens tul. in sua oratione p̄ marcello Iracundia i  
quit consilio est mimica et est victoria i solens atq; sup-  
ba. vñ Epicurus ira immoderata insaniam gignit. Et  
Eunodius ira iuste suū plusq; alios lacescit actorē. vñ  
tul. in tul. ques. li. iiii. ira inquit est libido puniendi cū  
qui tulisse videt iniuriā. Sed si paciētia habet ira cō-  
pescenda credit. vñ de orati2 in epistol. tu cōpescē ca-  
thems iram. quoniam teste cathone ira odiū generat  
concordia nutrit amorē ira impedit animū rē. Eandē  
etiam tangit sententiā. Prudentius li. vi. de conflictu  
vicioz. Et virgilius li. ii. eneidū. Furor inquit mentem  
totā p̄cipitat. Et lucan2 li. iii. inuenit animū p̄cipitare

furoꝝ. Vnde ouidi. li. iiii. de ar. amandi. ora tument in  
grecunt sanguinis vene quibus extincta iuria suscitatur  
ignes. Et li. metha. Sepe suū feruēs oculis fert ira fur  
ozem. Et idem libro de ponto. que nō obruit taciti cesa  
ris ira. Addita sunt penis aspere verba meis. que cū  
nihil aliud designāt nisi q̄ ira maxime affligit iratos  
Si igitur stulti putātur qui seip̄os affligūt sic et mag  
na in sapientia est eoz̄ qui facili ter irascunt. Nā ira gra  
uissimus dolor est et quanto p̄rior tanto grauior. vnd̄  
i puer. sapientū dicit q̄ bonus animus lesus multo gra  
uius irascitur. nam p̄bi homīs iracundia grauissima ē  
Si igit̄ p̄obus es tanto magis irasci timeas. Eodē em̄  
pacto te affligis sensum confundis et cū hoc peccabis  
Itaq̄ salutis viam postergabis. Discas igitur benigne  
pati vt tuus in pace quiescat animus. vnde gualterus  
in alexandreidos li. i. blandicus indignus erit molliq̄  
potiri fortuna. Qui dura pati vel amara recusat q. d.  
q̄ nō est dignus bonis potiri qui aduersa ferre nō valz  
Si em̄ prudens aspiceret bona q̄ ex patientia sibi affu  
turant fortassis benigne vitaret iras. sed teste quintili  
ano cap. v. humane infirmitatis ista natura est vt ex  
omnibus accidentibus grauissimum putat quisq̄ qd̄  
patit. Veruntamen teste eodē ca. x. Nulla pena est ni  
si inuito nullū habemus nisi ab impatientia dolorem et  
vt aliquid crudeli sit metus facit Vnde Iulius celsus li.  
p̄mo. Homini illa in est malicia non virtus pauli semp̄  
ferre nō posse. Facilius em̄ reperiunt qui vltro morti se  
offerunt quā qui diu dolorem facili ter ferant. q̄ teste  
salust. in cathe. nulli mortaliū iniuria putat vicium Vtin  
am tñ hec recederet adicio a nobis vt iram refernare =  
mus qua corpus extirpamus animū debilitamus sen  
sumq̄ eneruamus omisq̄ boni sp̄z̄ ira destruimus. que  
so dic mihi sapiens es cur irasceris Estimo em̄ q̄ pra  
ue voluntatis extiteris iniuriam em̄ si accepisti et paci  
entia tibi p̄ nomine Cr̄isti affuerit tunc ira cessabit Et  
si tua virtus tanta non fuerit. et te vindicare queras.  
aut hoc potes aut nō. Si potes cur irasceris cū emen  
dare poteris. Si aut̄ vindicare non possis. cur irasceris  
nostri em̄ q̄ ira tua te non vindicabit sed ex ea solū hoc  
repor̄tabis q̄ fatigaberis tu ipse. et exinde letabitur

inimicus tuus. Iuxta illud psalmiste. Exultabunt inimici mei si motus fuero. Itaque dum irasceris vindictam quam in alio desideras in teipso facis. queso igitur ut miseris azis tui. o ira effrenata quot perdidisti viros. quot plura seminasti. quot fratres diuisisti. quot necasti. quot te feriente. etiam subito et in ipse decesserunt. Multos enim ad stulticiam deduxisti tuisque stimulis plures expirare fecisti. Et te molestante quidam suspensio alii submersione alii proprio mucrone se necauerunt. omnia enim delicta suum auctorem ad tempus delectant aut delectare creduntur. nam delectatur superbus in fastu lubricus in luxu edax in gustu piger in reque auarus in desiderio Sed tu ira nil nisi flagella confers. Miror enim cur te homines non fugiunt ex quo nihil delectationis apparentis vel existentis in te inuenit. Tu enim iram machinas enses gladios et arma reperisti. et omnium crudelitatum genera te nocente percellerunt. unde tibullus quasi fuit horrendus prius qui protulit enses. quam ferus et vere ferus ille fuit. Sed teste Ouidio li. i. de ar. am. nec enim lex ulla inequior est. quasi necis artifex arte perire sua vobis igitur peccate. vobis indulgeatis o vos irati. quia teste Gualtero in alexandreidos li. viii. non verisimile est alieno cuique peccare qui sibi non peccat. Sapiens autem discat mitigari suosque sensus refrenare. nemo est enim a deo tam ferus qui non mitescere possit. Inquit or. i. epi.

Capitulum viii. de odio et crudelitate.

Id odio habeas quenquam tu ipse odiosus eris munera tua deo non placebunt. peccatorumque veniam non impetrabis quia misericordiam non mereris proximo misereri qui attendit. Discas igitur eum diligere quem amare ex precepto teneris iureque nature. nam amicitia bona spiritualia atque temporalia congregat. et mentium unitatem conseruat. vnde Valerius li. ix. ire et odii affectus magnus in pectoribus humanis excitat fluctus. ille pro cursu celerior hic nec odi cupidine peritior Et nota quod plinius ille demonstrat affectum ire. et plinius hic affectum odii Et subdit quasi vehemens est contra tempus odium. nihil est quod bono communi tantum obsit sicut odium Et quod quae sunt omnia odia mala ut omnium tamen nequiora sunt illa quae latent. vnde in prover. sapie. dicitur. multorum odia sub

oculto latent. Et sequitur. Deiora sunt tecta quã apta  
in hoc tñ positus est mundus q̃ semp̃ in eo iurgia erūt  
ve tamē iurgiosis. nam p̃nceps odior̃ ē diabol̃ qui  
pro magna pte impat mundo Difficulter igit̃ pax vni  
uersalis erit. vñd̃ om̃. in ibin. desinet esse pur̃ d̃tzarĩ  
ignius humor. Et tepidus gelido flabit ab ortu noch̃  
Et ver̃ autumno hiemi miscebitur estas. atq; eadē r̃ e  
gio vesper et ortus erit sc̃z antequã sit vera pax mundo  
nam mundus in maligno positus ē paceq; nunquã frue  
tur veraci et vniuersali. sed sufficit sapienti p̃pria pace  
quietari. odia fugiat. rancores euitet. et cū pace men  
tis virtutibus intendat. nã odiū reddit hominem cru  
delem et a natura p̃pria discedere hominem facit. nam  
refert a valerio li. ix. q̃ oth̃us qui postea dicit̃ ē. dari  
us crudelissimus extiterat. virosq; optimos interfici  
morte cōmuni nō d̃tentabat. s̃z crudelissimū mortis tor  
mentū excogitauit Si enim crudelis erat crudelitatem  
postea rep̃ire meruit. nã sicut d̃r̃ in p̃ouer. sap. multos  
timere debet. quem multi timent itaq; respue crudeli  
tatē et matrē crudelitatis irā. vñ seneca in agamennone  
rudis est tiranñ morte qui penā exigit. Et in declama  
tionibus li. iiii. Scel̃ est occidere Et li. i. de clem̃tia di  
ferina ista rabies est sanguine gaudere atq; vulneribus  
tale enim gaudiū facit hoīez in siluestre aīal transire. vñ  
lactan. primo li. de vero cultu. qui hominem. quamuis  
obmerita damnatum in conspectu suo iugulari pro volū  
tate petit. conscientiam polluit tanquam si homicid̃  
quod sit occultus spectator et particeps fiat Absit igit̃  
tur ab hoīe crudelitas que p̃prie nature cōtradicit. vñ  
tul̃. in li. i. de offi. magnitudo inquit animo remota con  
dicōne humana feritas quedam fit et in humanitas Et  
idem li. iiii. Homīnum nature quam maxime siquidem d̃  
bemus inimica est crudelitas. vñde valerius li. ix. cru  
delitas horridus est habitus truculēta species violent̃  
tus spiritus vox terribilis. vñde ibidem refert de crude  
litate illius qui nouum genus cruciatus excogitauit.  
nam thauram eneam fecit in quo cruciadi recludeban  
tur Sue tamen adinventionis experientiam primus  
merito gessit. Flamibile iudicante. qui Flamibal tam  
crudelis extitit. vt in flumine gollo decoreporibus.

romanis ponte facto exercitū transduxit. sed recedat  
queso ab animo tuo crudelitas queq; Crudelem si fu-  
eris male pibis.

Capitulū. ix. d' otencōe et pccitate .

et contentione immodestia pmulgatur. exci-  
tantur iurgia. et exinde secreta sepi2 reuelan-  
tur. Vnde contendere nolla sapienti agruit.  
neq; rei pfecte. Notius em̄ ex pmitur res quanto im-  
pfectiores tanto ad contentionem pmiores. nam vi-  
demus inter feminas frequentius lites. Inter canes la-  
tratus inter paupes strepitus. et in omni re contentio  
eo citius orit̄. quanto imperfectior est mens seu status  
eorū qui contendere sollicitantur. Ideo sapiens est qui cō-  
tendentibus respondere non curat. dicente Carbone  
rumores fuge. ne incipias nou2 autoz haberi. nā nulli  
ta cuius nocet esse locutū Et iuuenalis lib. iiii. Torrens  
dicendi copia. est multis mortifera. nam imultiloquio  
non deest peccatū. vnd̄ i puer. sapientū dicit. turpia ne  
dixens paulatim em̄ pudor p̄ verba excutit̄. quia sc̄  
otenciosi defacili inerecundi efficiuntur bonosq; mo-  
es corrumpunt iuxta illud Menandi comici. corrupunt  
bonos mores ofabulatōes pessime. Mirū est tñ cum ta-  
cere facilius sit quā loqui cur tam difficile pluribus est  
otenciones euitare ex quibus iurgia secuntur. dicente  
oui. de ar. a. Exigua est virtus p̄stare silentia reb2. Ac  
contra grauis est culpa tacendi loqui. nempe ex locuci-  
one supflua ira intenditur et frequenter tristitia gign-  
itur atq; plurima colloquia lete inhcantur que tristi-  
terminantur fine. vñ ouid. li. de ponto. tu modo fac ti-  
meas et que tibi leta videntur. Dum loqueris fieri tri-  
sticiam meditare posse. sed prochoctor humana ebetu-  
do nil tollerare potest sed verbis et contencionib2 ex-  
tremum procacissimum iugiter querit. et quod indecē-  
cius est illi frequenter magis contendunt quibus lo-  
quendi minor facultas cōpetit aut nature melesicō aut  
fortune casu. vnd̄ simachus in epistolis. leticia inquit  
loquax res est et obstentatrix sui. Et subdit ad appetitū  
nature lex est vt qui balbuciant plus loquantur. Affec-  
tant enim copiam sermonis pudore defectus. rursus

rursus verborū p̄citas et turpitudine ex mala vita se-  
pius causat. nā qui male viuit raro bene loqui p̄tēst.  
vnde tulliꝝ contra salustiuꝝ. non qui ita viuit sicut tu aliter  
quā tu loqui potest nec qui ita sicut tu loquit̄ vita ho-  
nestior est q. d. Ozaū eloquiū prauā indicat vitam.  
Mala em̄ vita prauos sermones generat. Nec aut̄ omnia  
ideo dicta sunt vt caueat sapiens verbositatem et cōten-  
cionē quibus lites oriuntur et impaciencia generatur.  
nempe cōtencio veritati. et consequenter omniū disci-  
pline m̄micitur. dicente seneca in suis prouer. nimum  
aliscando veritas amittitur. Et quintilianus li. iij. d. oza-  
m̄st. nō est iquit̄ cōtencio bona conscientia sed victoria  
litigantis premiū. ideo stulticia est cum verbosis con-  
tendere quia nō bene loqui sed solū vincere querunt.  
quāobrem idem ca. xvij. contenciosi inquit quod p̄ba-  
re non possunt affirmationis temeritate astruunt. De  
quibus lact. li. de vita beata. qui contradicendi studio  
insaniūt dum sua falsa defendunt aliorū etiā verba sub-  
uertūt. vñ catho. contra verbosos noli cōtendere ver-  
bis Sermo datur cunctis animi sapientia pacis. lis m̄-  
mis verbis r̄. litis preterite r̄. Sapiens igitur non sit  
procar nec ad lites p̄mtus. nā via sapientie veritas ē  
cui contencio contradicit. iuxta illud ambrosius. contē-  
cio est impūgnatio veritatis per confidentiam clamo-  
ris. vt quid igitur contendis. aut enim obscurum est il-  
lud p̄ quo condentis. expecta quousq; clarum fiat. an-  
teq; clamore verbum tuum cōfirmas. Si vero illud clar-  
um est quod dicis cur igitur contendis. nam stulū est  
ī meridie sole lucente candelam accensam deferre. vñ  
quintil. libro v. de oza. m̄st. in rebus inquit apertis tā  
stultum est argumentari quam stultum ī clarissimo so-  
le mortale lumen afferre. Hominum tamen hec est pro-  
cacitas q; vbi ius nesciunt maxime clamittant. et vbi  
veritatis clarum habent testimonium minime conten-  
dant. nisi impetuosis interueniat clamor. vtinam at-  
tenderent illud xenophon. philosophi dicentis. Ego cō-  
scientia teste didici maledicta contemnere. reuera cō-  
tencio omne malum agrauat et si pro bono fiat. ipsū  
tamen bonum in malum cōmutat. vnde seneca episto.  
prima ad lucillum. cum fatuo inquit delectari nolo.

Non enim longe mihi querendū me enim ipsum video  
ideo plures attentiosi sunt. quia singulos reprehensi-  
biles putant. et omnes deridendos estimāt. eaq; solū  
bene dicta arbitrantur que proferūt idē. Si tñ suos de-  
fectus aspicerent obiurgari non quererent. Vnde iuue-  
nalis libro primo. Longpedem recte de ridet ethiopē  
albus quasi diceret. q; aliū deridere non habet qui vi-  
cia gerit. Ceterū nō sufficit multis attentionibus et de-  
risionibus pacem maculare quinimo anathemate ma-  
ledictionib; plurib; alios ifestant. quorū tanta est  
procacitas q; non nisi malum alijs affectant. dicūt em̄  
illud ou. li. primo sine titulo. Di tibi dent longas bie-  
mes perpetuāq; sitim. Et illud ovid. in ibin. terra tibi  
fruges annis tibi deneget vndas. Deneget afflatus  
ventus et aura suos. nec tibi sol calidus nec sit tibi lucis-  
da phebe. Destituant oculos sidera clara tuos. nec ti-  
bi vulcanus ne se p̄beat tibi aer. nec tibi det tellus  
nec tibi pontus iter. Exul incps erres alienaq; limna-  
lustres. Exiguūq; petas ore tremēte cibum. nec corā  
p̄ querulo. nec mens vacet egra dolore. noxq; die gra-  
uor sit tibi nocte dies. Sisq; miser semper nec sis mi-  
serabilis vlli. gaudeat aduersis vir feminaq; tuis. qui  
mala cū tuleris plurima atq; feras. Causa q; nō d̄sit. de-  
sit tibi copia mortis. optatāq; fugiat vita coarta necē  
Ilys etenim verbis maledictionibusq; consimilib; stul-  
ti litigant. iram concitant. et quietem mētis subuertūt  
quorū contemnendus est sermo. rixaq; spernenda. iuxta  
illud varronis in suis sentencijs. contemnendi sunt in-  
eruditorū contemptus si vis ad summa progredi.

#### Capitulum. x. de abstinentia et sobrietate

Ictus modestus honestatem corporis sanitatē  
quoq; atq; mentis prosperitatē conseruat. vnd  
Sen. li. de qua. vir. Ede citra cruditatez bibe  
citra ebrietate victus tibi sit ex facili. nec ad voluptatē  
sed ad cibum accedere. palatū tuū fames eritet nō sa-  
pores desiderio paruo redime sez modico cibo vl̄ potu  
q; hoc tātū curare debes vt desin; ido therē. i andrei  
dos arbitror inquit in vita vtile esse vt edax vllus sit.

Et Hiero<sup>2</sup> contra Ioumianum. Galienus inquit doctis-  
simus ipocritas interpretas athletas quorū vita est ars  
sagenaq; dicit ī exhortatione medicie. nec viuere pos-  
se diu nec sanos esse animasq; eorū ita nimio sanguine  
et adipibus inuolutas nihil tenue nihil celeste ornāt  
sed semp de carnibus et victu et veneris ingluuie solli-  
citantur cogitare. Absit igitur a viro sapiente crapula  
Nam veteres cum p̄simonia vixisse leguntur Vnde So-  
crates sole occidente diuinū cogitato. Ipse em̄ socrates  
prolexerat. nihilominus ipse pompeius regem Arme-  
nie predictum benigne suscepit. et diadema quod de  
capite suo abiecerat ei imposuit atque in pristinam fortu-  
nam restituit. iudicans eque pulchrum esse facere reges  
sicut vincere. quapropter Seneca libro primo de clemen-  
tia. capitulo quinto sic dicebat. nullam inquit rem ma-  
gis quam clementiam principem habere decet. vnde libro

eodem capitulo quarto narrat de quodam qui diebus  
cunctis vite sue semper studuerat qualiter de hostibz  
vindictam habere posset. Cūq; tamen semel contigissz  
q; hostem vincere non poterat a sua vxore consiliū pe-  
tuit quid facturū esset. Ipsa respondit q; more medi-  
corum facere deberet. Nam experti medici dum vidēt  
q; vna medela non prodest aliam contrariam tribuūt  
Sic pariter dicebat viro suo q; deceret vt temptaret  
si clementia sibi proficere posset ex quo vindictam exer-  
cere non posset. nihil inquit cum crudelitate hucusq;  
profecisti. nūc igitur tempta qualiter tibi succedat cū  
clementia. Hys igitur dictis vir gauisus fuit et leto an-  
imo inimico suo pepercit. quem exinde amicum fidelissi-  
mum adiuuenit. Datet igit q; utilior est clementia cru-  
delitate. nam inimicum vincere si laudabile est. lauda-  
bilis tamen est sine inimico viuere. maximeq; laudabi-  
le inimico indulgere. Ideo concludit ipse seneca libro  
preallegato capitulo .x. q; licet apes aculeū habeant.  
rex tamen apum aculeo caret. Clementia igitur virtus  
est que principi debet. Ideo cristus luce. vi. dixit Estote  
misericores sicut pater vester celestis misericors est  
Tradit enim polycrat2 libro quinto capitulo vi. q; pla-  
to suis discipulis sepius dicebat. cum potestas seuit ī  
subiectos idem est ac si pupillum tutor prosequatur.  
Sicut igitur tutor erga pupillum debet esse clemēs sic  
viri cuiuscūq; potestatis debent proximoz fauere iu-  
ri naturale enim est q; animal quod est potentius etiā  
sit clementius. nam catulus ab hynnulo nihil patitur.  
Leo etiam homini prostrato indulget. Vnde vegetius  
libro quarto capitulo quarto narrat q; philippus muli-  
ercule cuidam paupercule itantum misertus fuit q; li-  
cet ipsa verbis ipsum infestaret. nihilominus de facul-  
tatibus suis secretissimis eam recreauit. quazpter mul-  
tum rationabiliter Seneca libro primo d' clementia ca-  
pitulo quarto ad clementiam hortatur dicens. libz vt  
clemens sit qui vult deos esse sibi clemētes vt talis sit  
vnusquisq; quales sibi vult esse deos.

Sequitur Quomodo principes debent colere deum

Capitulū quartū quomodo principes debēt colere deū

Sicut narratur in hystoria libro primo q̄ constantinus factus cristianus cultum diuinum in tantum dilexit q̄ tabernaculū ad instar ecclesie factum secum deferri iubebat. Cui sacerdotes et ministri ecclesie assisteabant precibusq̄ itendebant. romanorūq̄ diuerse cohortes eius exemplo similiter fecerunt. varium tamen diem secundum diuersas opiniones elegerunt. Vnde sacerdotes et diaconi dominicā diem coluerunt. Alij vero feriam sextam pretulerūt. q̄ dominus in ea passus est. vñd apud romanos feria sexta prius celebratur. nec rationabili causa hoc caruit. quia sicut narratur vbi supra constantinus in virtute sancte crucis plurimas victorias obtinuit. Nam cum perliaturus esset quasi in somno constitutus vidit signum crucis in celo et angelos dicentes. o constantine in hoc signo vinces. et extunc signū crucis iussit preferri ante se tanq̄ vexillum victoriale. Etiam habetur hoc libro ix. ecclesiastice hystorie capitulo decimonono. vbi dicitur q̄ in dextera sua signū crucis gerebat ex auro factum. non mirum igitur si romani sextam feriam ante diem dominicū diu coluerūt. quia tamen in resurrectione consumatio facta fuit nostre redemptionis. Ideo ecclesia diem dominicam calendū ordinauit. nec tamē illi colunt qui iocis insistent seu qui ocio torpent. sed isti tantū qui bonis operibus orationibusq̄ insistent. Posco igitur vt attendamus quanto studio predecessores nostri dies celebres coluerūt. narratur enim in hystoria tripertita libro secundo q̄ theodosius apud tefalicam ciuitatem fere septem milia hominum iussit occidi eo q̄ indignatus erat q̄ suos quosdam iudices lapidauerant. Hoc tamen pacto ad Mediolanum rediens ecclesiam ingredi voluit. cui occurrens defotis beatus ambrosius sic eum alloquebatur. o imperator attende quia dominus vnus est rex omnium et creator. quibus ergo oculis aspicias dei templū. aut quibus pedibus calcabis sanctum illi? pauimentum. qualiter manus extendes de quibus ad huc sanguis iustus stillat. quoniam in hys manibus sanctum domini corpus suscipies.

Vnde subdit. forte enim recognitionem peccati prohibet  
potestas impery. Decet tamen vt ratio vincat potesta  
tem. recede igitur tuam qz non queras augere iniqui  
tatem. Hys autem sermonibus cbediens flendo ad  
regalia remeauit. cūqz tamen octo mensibus ecclesie i  
gressu priuatus fuisset diesqz natiuitatis saluatoris ap  
propinquasset. tūc theodosius lacrimis et gemmittibz  
feruentissime lugebat dolens qz tante diei cultui non  
assistebat nec assistere valebat. Sed cum tantas lacri  
mas vidisset ruffin2 militie sue princeps causam tanti  
gemitus inquisiuit. cui theodosius ait Tu ruffine luges  
et ego lamentoz. nam mais seruis templa aperta sunt  
me autem exorantem ingredi prohibet. ruffinus autem  
apud ambrosium exhibuit se intercessorem sed nil obti  
nuit. theodosius autem lacrimis et precibus sibi veni  
am dari meruit. et in cunctis tanqz filius ecclesie obe  
diuit. Ex hac igitur historia discat fidelis quantū fuit  
i theodosio cultus diuini desiderium. quantū diem ce  
lebrem venerari petiuit. quanteqz cbedienti extitit. Et  
ideo dominus sibi benedixit et in dei virtute inimicos  
superauit vt dicitur vbi supra capitulo .xxviii. Decet  
igitur principes deum et ecclesiam colere. nā veteres  
cum omni genere musicoz deos suos colebant. qui tñ  
dñi validi nulliusqz potestatis erāt. Doti2 igitur deū  
verū tenemur venerari. narzat enim valerius libro .iii.  
qz alexandro sacrificante astabat ei vnus thuribulari2  
cui2 brachio carbo ardens illapsus est i tantum qz caro  
eius aliquantū aburebat ex lapsu vnus carbonis atqz  
circūstantes hoc odorabant. nihilominus tamen dolor  
em silentio cooperuit et brachium immobilem tenuit ne  
forte Alexander sacrificiū dimitteret. Ecce quant2 ze  
lus ad deoz cultū. Attendamus qualiter David licet  
occupetur duodecim regnis nihilomin2 tamen species  
i die laudes deo refundebat. vnde dicit i psalmo Spe  
cies i die laudem dixi tibi. Item refert cassian2 de bea  
to anthonio qualiter tota nocte orauit. et cū sol oriret  
de mane dicebat. o sol cur me impedis ab hui2 vere lu  
minis claritate. nā tota nocte i contemplatōe steterat. itē  
de beato eusebio legit qualiter a vespis sabbati vsqz ad  
sol ortū diei dñice immobiliter manibz extensis pmāebat

Ex quibus omnibus concluditur q̄ diuino cultui iſiſtē  
dum eſt maxime cum beneficia ſuſcepimus. Vnd̄ gre-  
gorius i omelia. Cum inquit augentur dona rationes  
etiam creſcant donozū. Tanto igitur humilioꝝ atq; ad  
ſeruiendum deo promptioꝝ quiſq; eſſe debet ex munere  
quanto ſe obligatioꝝ eſſe aſpiciat i reddenda ratione

Capitulum quintum de moribus principum.

obiles ſic nuncupari non merentur niſi bonis  
et honeſtis morib; flozeant Quia teſte caſſio-  
doro epistoſa. ix. Decet quemq; honorem quē  
gerit nomine moribus exhibere. Vnde tulli; i philip.  
i. vos nobiles quedam ſpectare decet non pecuniam  
neque opes violentas ſed caritatem ciuium et glo-  
riam concupiſſe. quia teſte caſſiodoro epistoſa tertia.  
conuentus ſapientum dignitas eſt imperantium. Eru-  
beſcant igitur huius tempozis nobiles quibus mos eſt  
ex ſua nobilitate peccandi ſuſcipere audaciam vanāq;  
iactantiam ex ſuis parentibus promulgant eo tamen  
pacto quo parentes ſua virtute nobilitatem receperūt  
eodem pacto iſti ſua vicioſitate nobilitatem termina-  
uerunt. Expediit em̄ teſte hydonio i ſuo epistoſari libro  
quinto nobilem eſſe ſine ſuperbia. ſine inuidia potentem  
ſine ſuperſtitione religioſum. ſine iactantia literatum.  
Nunc aut̄ filij nobiles ſe putāt qui factum ſuis i ceſſib;  
monſtrant. Habent em̄ calcios acutos vt i grefſib; am-  
bulare diſcant. ferūt dextrocheria armillas et ornamē-  
ta et veſtium varietatem atq; diſparitatē excogitant.  
non ſunt tñ arguendi ex honeſtate ſed ex pompoſa va-  
nitate. cur em̄ dominea obtinent niſi vt regant. ſed re-  
gere quomodo poſſunt ſi ſe regere nequeant. Dicit em̄  
Socrates q; qui multarū rerum poteſtatē hab; primū  
aſcienciā purgare debet. Stultū enim eſt vt imperare  
quis velit cū ipſe ſibi imperare non poteſt. Et ſubdit.  
Age ſic alienū vt tuum non obliuiſcaris negociū. nulli  
q; impones quod tu ipſe pati non poſſes. hoc exhibe  
qd̄ tibi optaueris exhiberi Si bene ageris ipſe tibi per-  
ſone auctoritatem dabis. quomodo igitur iſti dicuntur  
principes quozū pctius ſuperbia q; ſapientia regnat.

nec curant leges obseruare quibus alios astringunt.  
Importune enim necant. sturpant. rapiunt. adulterantur.  
et similia facientes anathemisant. Verūtamen catho ait.  
patere legem quam tu tuleris ipse. Si em attē dat p̄ncēps  
qualis eius nominatō fuerit peccare verbitur cum sit datus  
populo non tantum ī dōmīnium sed etiam ī exemplum.  
nam teste seneca. Principem peccare nō decz cū possit.  
p̄ceozq; q; nō solū manus et linguam sed etiam oculos  
at̄mere debet. vnde gualterus ī alexandri dos libro. vi.  
Maiestas regia magni ponderis esse solet. Et ovidius quarto  
tristiū. o qui nominibus generosis flores exuperas ac  
morum nobilitate genus. Animaduertant igitur p̄ncēps et  
nobilitatem exornent moribus vt potius virtutib; q; pom  
pis intendant. nam superbia reges plurimos seduxit  
et adhuc forsan captiuat. plures nāq; sunt qui tanto  
tumore superbiunt q; suis subditis loqui dedignantur  
turpeq; putant popularib; exhibere colloquium. nar  
rat tamen valerius libro. vii. q; publius valerius d̄sul  
romanus a deo semper plebem dilexit vt merito publi  
culus cognominatus sit. Et eutropius refert q; cum  
Vulpius ab Auicenna redargueretur eo q; nimis cō  
munis esset. respondit dicens talem imperatorem de  
bere esse priuatis qualem sibi impatorē priuat; op  
tasset. quia igitur quilibet imperatorem optat sibi p  
piciū. ideo ipse debet subditis ppici; et cōmunis esse.

Capitulum. vi. de diuitijs p̄ncēpum.

p̄ncēps est oculus plebis. qui contagio sus si fuerit  
mox interficit. vnde Staci; ī thebeidos. regna cum scelere  
omnibus ex hys sunt grauiora. vñ quintilian; cap. iii.  
Hec est iquit supior; d̄dicio vt quicquid faciunt p̄cipere  
videant. Et boetius de d̄so. Impante nequicia virtus nō  
solum premio caret. verū etiā scelerator; pedibus subiecta  
calcatur. Et ovidius sexto de Fastis. Sic agitur censura  
et sic exempla parant. Cū vides alios qd monet ipse  
facit. Et li. ii. sine titulo. quod decuit reges cur mihi tur  
pe putant. Et iuuenalis libro tercio. omne vicū de tā  
to despectius crimen ī se habet quanto maior; qui pec  
cat habetur. Vnde ī p̄ouerby; sapientum dicitur.

Inferior horrescit quicquid peccat superior. et claudia  
nus in maiori. Componitur orbis regis ad exemplum  
nec sic in flectere sensus humanos edicta valent quod vita  
regeutis. Mobile mutatur semper cum principe vulgus  
Hys igitur testimonijs clare apparet periculofissima in  
principibus scelera fore. Eorum enim exemplo popul<sup>2</sup>  
delinquit. vnde cassiodorus epistola tertia dicit sub iu  
dice bono populum corrigi. Dozro inquit facilis recti  
persuasor est innocens iudex. Nam subditos predica  
bili conuersatione pudet mores probabiles non habe  
re. Sed prohdolor sicut planeta planetarum scilicet  
sol eclipsatur. sic in principibus lumen honestatis ra  
rissime cernitur. Vnde seneca in agamennone. non in  
trat regnum lumen aut fides sed proio vincitur Et ou  
dius libro secundo sine titulo. Curia pauperibus clau  
sa est dat census honores. Inde grauis iudex inde se  
uerus eques. Et vi. de vastis. regia res scelus est. Et  
idem in epistolis dicit. Imperat heu populis timide  
non imperat iure. Possidet et vicys regna minora suis  
Quibus verbis inuitur regna delictis fore subiecta. Et  
quanquam in principe omne delictum sit graue. quod tamen  
alys nocuum est grauius est. quia teste tulio libro se  
cundo de officijs. nullum inquit vicium est deterius a  
uaricia presertim in principibus et rempublicam gube  
nantibus. Habere enim questum rempublicam non so  
lum turpe sed etiam sceleratum et nepharium est. rursum  
in principe audacitas festinataque preceptio nocet. vnde  
suetoni<sup>2</sup> libro secundo de. xii. cesaribus Augustum re  
darguit eo quod nil melius questui arbitratus est. vnde sa  
lustius in iugurtho. animi cupiditas comune nobilita  
tis malum est. ceterum turpis amor principi minime compe  
tente vnde fulgenti<sup>2</sup> secundo mittologiarum. quauis inquit oibus  
libidinis amor turpis sit nunquam tamen deterior quam in hono  
rato. nam iupiter in cignum conuersus est cum leda con  
cubuit que peperit ouum vnde tres nati sunt scilicet ca  
stor pollux. et helena. vnde leda a ledendo dicit in  
mundiciamque designat. et nomine iouis principes in  
telliguntur. omnis igitur principatus libidine macu  
latur. vnde referunt poete in huius regi testimonium cig  
num illum plenum esse vicis ipsorum clamante aures tarent

Helena etiam quam leda gerit discordia seminum fuit  
Similiter Castor malum exemplum nuncupatur. Dol  
lux vero a prodendo dicitur. Itaque omnis mali libido  
ocasio est. rursus principi summe impatientia nocet.  
Vnde stautius in thebaidos libro primo. gentilis aſio  
subiit fragor inuidia atque parens ody metus. Sed nec  
ob hoc hys vicijs ablatijs principes vt cōmuniter scele  
rantur. nam auaricia libidine impatientia molestant.  
vnde petronius. Venalis populus venalis curia pri  
mum iamque maiestas auro corrupto iacebat. vnde aut  
hec procedant vicia inquiramus. Timendum est enim  
ne prauorum societas ad prauum eos inclinet. Aliqui  
enim scelerati peccatisque pleni principes sectantur vt  
placendo ditentur. In hoc autem placere student quod  
crimina suadent. Hys comparantur animalibus que ren  
tibus non hominem sed predam. iuxta illud Seneca li  
bro de reme. Mel musce secuntur cadeuera lupi. frumē  
ta foemice ita turba predam sequitur non hominē. nepe  
familiares regum eos sepius euertunt. Iuxta illud  
boetii secundo de conso. regum familiares regiam po  
testatem sepius prosternunt. et varro in suis sententijs  
Amicis inquit diuitum palee sunt.

#### Capitulum. vii. De patientia et clementia principum

vanto quis in gradu est sublimior tantum ad  
misericordiam et clementiam existere debet  
promptior. vnde seneca libro primo de clemē  
tia ad neronem. nullum inquit ex omnibus magis quam  
clementia regem aut principem decet. Apes enim acu  
leum habent. sed rex apum aculeo caret. Saluum regem  
clementia in aperto monstrabit. vnde est in expugna  
nabile munimentum amor ciuium. quid inquit pulcrius  
est quam viuere cunctis optantibus pacem. verecun  
diam etiam peccandi facit ipsa clementia. nec minus  
principi turpia sunt multa supplicia. quaz medico mul  
ta vulnera. remissiusque imperanti melius paretur. natura  
enim otumax est et facilius ducit quaz artat. Attendat igitur  
principes vt clemēs suis ciuibus sit nec recuset misereri  
ipsi qui venia indigere potest. nā teste tul. li. i. d. of.

Nihil est laudabilius nihilque dignius placabilitate et  
clementia. que tamen ita probanda est ut adhibeatur  
rei publice sera seueritas sine qua ciuitas ad minima  
ri non potest. Et idem tullius philip. ii. Oportet inquit ca-  
ritate et beniuolentia ciuium oportet esse septum. non  
armis. Discent ergo reges et principes miseri et iracun-  
die veneno non intumescant. Ipsi namque mestos debent  
consolari periculum ergo si eorum iracundia alios pro-  
uocet. Nam si turbationis occasionem habeat posce ve-  
deserat. iuxta illud gualteri in alexandreidos libro pri-  
mo. Vindicta suffer donec pertranseat ira. ne memina-  
isse velis cetera post verba. nam teste ouidio tertio tristium  
quanto quis maior. tanto placabilis ire. Et faciles mo-  
tus mens generosa capit. itaque ignobilitas signum est se-  
pe irasci. Et difficile recte iudicat ipse cuius mentem ira  
possidet. unde tullius libro primo de officiis. nuquam  
illam tenebit que est inter nimium et parum. ideo sen-  
in troyade. quo inquit plura possis plura patienter fers-  
as et libro primo de clementia. rex lesus animum in po-  
testate habeat. longeque sit exorabilior in suis iniurijs quam  
in alienis. nam quemadmodum magni animi non est  
qui de alieno liberalis est sed qui quod alteri donat sibi  
detrahit. ita cum clementem non facit alieni doloris  
tollerantia sed propriorum stimulorum patientia. mag-  
nique animi est iniurias in summa potentia et patientia  
pati. nec quicquam gloriosius est principi in ipse lesio.  
unde gualterus in alexandreidos libro primo. Instabi-  
le est regnum quod non clementia firmat. Animaduertant  
quos domini et principes homines ipsos esse. nec prin-  
cipatus naturam propriam abstulit cuius est misereri  
et fratri proximo indulgere unde therentius in adelphis  
ut homo es. ita mores geras. nam teste claudiano in ma-  
iore. Munera sola deus equat clementia nobis. Pax ma-  
iora docet peragitur tranquilla potestas quod violenta ne-  
quid. Et subdit. nunquam libertas gratior extat quam  
sub rege pio. unde et quintorius libro sexto. regum  
ducumque clementia non enim in ipsorum numero est que  
comunia sunt et ingeniositatem mentis quam validita-  
tem insinuat. His ergo testimonis clare deducitur.

clementiam principi maxime cōgruere que talis sit vt nec iusticie dezoget nec fauore signatur. Sed clementie superbia detrabit que quorundam principum corda sic detinet vt misereri et clementiam exhibere nolunt sed offensi mox interimere omnes cupiunt. ergo similes in natura homines et primos virtutibus forsan eis celebriores deprimere curant. Huius autem superbie et impietatis nutritrix est ambitio quā multi solia sibi non debita usurpare presumpserunt. Eodemque pacto quo superbia eos inuolauit impie pariter regnare facit. verumtamen principatus non debet ambitione obtineri aut superbia possideri. vnde gualterus in alexandreidos libro. viii. Tutius est non ascendere quam post ascensum regredi. veteres enim sapientes principatum recusarunt potius quam ambierunt. vnde refert Seneca libro. iiii. de beneficijs quod antigonus hostem sui patris cum superasset nihilominus prelium belli ad patrem transtulit Et subdit. Hoc est regnum nolle regnare cum posses. vnde valerius libro quarto refert fabium officium consulatus recusasse multis tamen deprecantibus. Et libro sexto refert de Manilio consimilem historiam qui consulatum recusando Mores inquit vestros ferre non potero nec vos imperium meum perpeti poteritis. non sic tamen hys temporibus principatum homines recusant. sed audivissime curant eiusque occasione superbiunt et superbe regnant atque sine clementia principantur.

#### Capitulum octauū De ludis principum.

Principes subditorum sunt exemplar. Si igitur ludorum vanitatibus intendunt. et ludorum ineptorum enormitates adiuuare studeant Ipsorum porro familiares atque subditi consimilibus occupationibus se faciliter occupabunt. et sic putabunt vivere sane quando ea faciunt que suos dominos facere viderunt. quis enim taxillorum aut atearum ludos magnificauit. Principes et domini inconsulti hoc fecerunt nec tamen reprobandum est si quis solatio spiritum suum recreat Sed reprobatissima est eorum vita. quibus mos est totum tempus vite sue ludis et stulti loquys exhibere

Hy nocturnas vigilias amant et ludorum vanitate se ad  
fatigationem intollerabilem icendunt. Sed cum lucen  
te die surgere debeant vt populum regant et foueant  
ipfi tamen somno tunc sunt dediti. et tandem ex vite  
dissolutione et maleficys corporis et anime grauissime  
decidunt. rursus hii cum refectiõnem sumpserint ad  
militare exercitiũ non cõtendunt. nec virozu illustriũ  
acta commemorant i exemplo sed feruentissimo iẽptis  
simoq; desiderio taxilloz alearumq; fortunis se dmit  
tunt. quozum occasione periuria obsecrationes et for  
san blasphemias conficiunt et miscent. Itaq; mens q  
exiocis recreari deberet ludis talibz iẽptissimis iquie  
tatur. Ideo seneca in puerbiis dicebat. Aleator quan  
to in arte doctior tanto est nequior. Vnde refertur q  
themistodes dicebat non decere magistratus ludis  
vacare sed a quibuscũq; leuitatibus debent animũ ar  
cere ne respublica ludere videatur. aut ne relicta gra  
uitate perire potest. vnde seneca epistola quinquage  
sima. quid mihi lascitia illa dponis non est iocãdilloc  
nunquid refert augustinus libro viii. de ci. dei capitu  
lo xvi. quomodo cuidam romano in somno dictũ fuit  
vt ludi p̄hiberent. Et i summa de casibz libro primo di  
citur q; ludentes ad aleas vel taxillos peccant nõ so  
lum ludentes sed etiam dmittentes. quia ibi sunt de  
sideria lucrandi. voluntates spoliandi. ibi mendacia p  
auria. blasphemie. et h̄modi. quoniam alea m̄dacion  
et periuriorum mater ẽ vt dicit polycratus libro primo  
Vnde de achillo legimus q; cum missus fuit ad corin  
thios vt fedus cum eis contraheret inuenit duces et se  
niores cum aleis ludentes. Ideo absq; verbo reuersus  
est dicens cum taxillatozibz se nolle contrahere socie  
tatem. nempe reges et principes ludos leues exercere  
et iistere illis non licet. quia sicut narrat Polycratz vbi  
supra rex parthoz dedit talos aureos regi Demetrio i  
signum obprobrii eo q; nimis leuis erat i moribus et ioc  
is. vt igitur grauior efficeretur ideo talos aureos sibi  
contulit. vnde crisostimus super matheum omelia. vi.  
dicit q; deus non dat ludere. sed diabolus. Si inquit  
luserimus ante certamen deficiemus. nec tamen ludz  
honesti p hoc reprobant. qz teste seneca d̄ tranquillitate

Philosophi sapientes quādoq; ludis vacauerūt. sicut  
Socrates qui cum puerilis esset ludere non erubescē-  
bat. Et cato. Laxabat animum curis publicis fatigatū  
Et concludit ibidem q; assiduus labor frangit vires.  
Et dat exemplum d' agris qui melius fructificāt si qui  
etiam interpositam habeant. Vnde sicut somnus est ne-  
cessarius si tamen continuus fuerit mors est. Sic lu-  
dus honestus mentem disponit. si tamen fuerit assidu-  
us mentem ebetat. Vnde cassian<sup>2</sup> libro. vii. coll. narrat  
de sancto iohanne apostolo qualiter cum perdice leta-  
batur quod cum videret iuuenis quidam mirabatur vi-  
rum tam sanctum et senem hoc facere. Cui sanctus jo-  
hannes ait. Quid portas in manu. qui respondit arcū  
Cui iohannes. cur arcum tensum non habes semper.  
Cui iuuenis. ne assidua curatio vires eius minuat.  
Sanctus inquit iohannes. modica laxatio scilicet tem-  
porata leticia homines meliorat et vires fortificat.

Capitulū. ix. d' domio principū quō debz esse virtuos.

on debent principes putare eorū imperia di-  
uinis iussionibus preferenda. Nam a deo ce-  
perunt dominiū quod habent. et ineptissime  
dominantur. nec merentur principari nisi in quantū vir-  
tutibus prepollent. Peruersorum tamen principū ma-  
licia tempore nostro p̄sidentū ita viget vt dominari  
potius credantur peccandi licentia q; virtutū excellen-  
tia. Hic em̄ principes peruersi id solum habent dignita-  
tis q; fallax hominū opinio credit. vt tangit boet<sup>2</sup> ter-  
cio de dlo. cap. iiii. Attendant igit principes qui terre  
dominantur corporibusq; mortalib<sup>2</sup> mortales. Cur igit  
supbiūt. cur momentanea luce tumescūt. refert em̄ ibe-  
ronimus epla. c. xix. Et valerius libro ultimo ante finē  
qualiter rex perses de sublimi loco exercitū suū p̄spexit  
in quo cum vidisset fere ifinitam multitudinem homi-  
num fleuit d̄siderans q; post centum ānos omnes isti  
mortui essent. nullusq; viueret. Et addit idem valer<sup>2</sup>  
q; suam aduersionem scz moralitatem in aliena specie d̄plo-  
rabat. Si em̄ animaduertent quanta est in mundi pri-  
cipibus annexa calumnia nunq; aut raro appeterent.

vnde Egesippus libro. iiii. narrat d̄ vespasiano qualiter cum esset in absidione hierosolymica audita fuerunt no ua q̄ nero fuit occisus. Et ideo vespasianū in imperato rem milites eligerunt. sed vespasianus omnino rēnuic et milites omnino istabant. Itaq; nimis mortis ipsum infestabant. ille autem idignū se reputabat. sed mili tes suadebant vt imperium acciperet. quia potiꝰ cura erat quaz honor. vnd̄ valerius libro. vii. capitulo secūdo narrat qualiter dyadema sibi traditū diu aspexit ante quaz capiti imponeret dicens q̄ dyadema magis facie bat hominem nobilem quaz felicem quia si considerē sollicitudines principatū nunquaz acciperentur. Mir um igitur q̄ hec humana iura primogeniture putamꝰ et celestia omnino negligimus. nempe veteres princi patum non querebant. vnde narrat valerius libro. v. capitulo sexto de quodam qui cum exiret portā ciuita tis corona subito imposita fuit capiti eius. atq; dūmo do reuerteretur ipsum in regem postulabant sed reuer ti noluit. quāp̄mo sibi perpetuū exilium indixit. In cꝰ rei memoriam in predicta porta ipsius effigies inclusa posita fuit Ceterꝰ valerius libro. vi. capitulo primo nar rat de quodam qui cum perdidisset Asiā regionē et quāsdā vicinas gentes gratias egit primo. secundo gau dens quia modico regno vteretur. nunquid iohannis vi. legitur qualiter cristus fugit in montem quando ag nouit q̄ populi veniebant vt eū raperent et regem fa cerent. sup̄ quo crisostimus omelia. xxi. cristus inquit fugit erudiens nos fugere mūdanas dignitates atq; contemnere ea que sunt. sc̄z temporalia deridere. et fu tura ad amare. modernis tamen temporibꝰ omnes ad dignitates currūt. non tamen sapientiam aut virtutes querunt. quibus loquitur bernhardus ad eugenium se cundum simeā inquit in tecto est sicut rex fatuus in solio. vnde sicut turpitudine symee quando plus ascendit ma gis patescit. sic homo idignus tanto fetidior. quantu in gradu celsior. Quamobrem Augustinus. ix. de ciui. dei caplo. xiii. narrat qualiter iuncte erant edes virtu tum et honorꝰ que pro d̄ys et deabus deputabant ad designandū q̄ vir honoratus per dignitatem vel per potestatem debet esse virtuosus. Et ideo ille edes sc̄lz

domus erant coniuncte. Nec tamen reprobanda est potestas seu hominum dignitas. quoniam omnis potestas a domino deo est ut dicitur ad romanos. xiii. Sed reprobandi sunt illi qui sine meritis dignitates assumunt aut indignitatibus cum fuerint se et alios peruersae regunt et de modica gloria quam habent ne priuentur timentes in nullis confident. nam tullius libro tertio de oratione. capitulo. vii. narrat de dionisio tyranno qualiter barbatores timebat ne ipsum interficerent barbam eius si raderent. Ideo pilos barbe comburebat. narrat insuper de alexandro sergio. qui de uxore timebat. unde aliquando cubile ingredere explorari fatiebat an eius uxor gladium vel aliud instrumentum haberet. finaliter tamen ab ea interfectus fuit. Insuper valerius libro ultimo ante finem narrat de Maximilla rege qui cum dormiret custodiam sui corporis non hominibus sed canibus commisit. Nec enim omnia contingunt. quia impii ad dignitates eleuantur et vite huius exiguam gloriam superne felicitati anteponunt. Animaduertant autem illud iob. omnis potentatus vita breuis. unde iob. xxxiii. Eleuati sunt ad modicum et non subsistent. nam vita est vapor ad modicum apparens. iacobi. iiii. omnis caro fenum. et omnis gloria eius quasi flos feni. rursus in principibus non solum superbia et gula cerno redarguendas. Vbi autem gula regnat ibi nulla honestas sed dissolutio castitatis semper comes est. itaque nobilibus maxime pertinere dinoscitur sobrietas ex quo nobilium statui precipue congruit honestas. fortassis tamen qui se nobiles dicunt suam uocationem diuerterunt. Qui enim sunt edationes curialibus qui tamen de nobilitate se iactant. Potiores enim ferocinas habent et mane suis sensibus nondum excitatis pocula petunt. Nec autem non est nobilium sed ignobilium non ad vitam sed ad mortem uia. Talibus autem amessatoribus quorum occupatio in cibis et potibus est loquitur ysaias quinto capitulo dicens. Ve qui potentes estis ad bibendum uinum. unde seneca epistola lxxxvii narrat de quodam potente qui maiorem partem noctis in diuino exigebat et fere die tota dormiebat. o quanta uite indiscretio. corpus suis amessationibus distempant et inquamant et aia; perdere non formidant. Unde ysaias. v.

Ve qui confurgitis mane ad ebrietatem sectandam. Et  
subdit Cathara et tympanū et tibia et vinū ī diuips ve  
stris. et opus domini nō respicitis. Hoc liquidē vicium  
maxime habēt curiarum sectatores qui iugit̄ p̄termiſſa  
ſalute cibis et potibus vacant. vñ Doliētus in plogo  
narzat qualiter. Socrates p̄bus ea contemnebat que  
alici ambiunt. ſcilicet que curiales petunt. quamobrem  
valeriꝝ libro quinto. capitulo primo. ventrem inquit di-  
ſtentū cibo ſequit̄ voluptas genitalium. Idem ponit  
grego. epiſtola. xxxvii. Insuper Seneca cōmeſſatoribus  
ſic loquitur. o miserabiles quorū palatum nō niſi ad p̄ci-  
oſas eſcas excitatur. nō em̄ viuit qui libidini et ſomno  
viuit. vñ vir in ſuo Eneid. libro primo Dionē redarguit  
eo q̄ in diuips tempus derimebat. Idcirco dicebat. in  
felix Dido longumq; bibebat amorem. Et ibidē dicitur  
Prima quies epulis menſeq; remote Cratheres mag-  
nas ſtatuit et vna coronant ſit ſtrepitꝝ tectis vocēq;  
p̄ ampla voluntant. Ex quibus colligitur cōmeſſatorū  
enormitas in quibus ſuum paradifum ſperant.

Capitulum. x. de tirānide p̄ncipum.

Princeps et domini conſtituti ſunt vt nō diſſi-  
pent plebem ſed vt foueant. non vt bona ſub-  
iectis auferant. ſed potiꝝ id qd̄ habent ben-  
igne conſeruent. Sed p̄chdoloꝝ dominia q̄ plurima ī  
tirānidem mutata ſunt. multiq; p̄ncipes paupes ſub-  
ditos opprimūt et vt ipſos p̄textu iuris d̄funderē vi-  
deantur p̄uiſſimas leges excogitant. quibꝝ p̄ſaie dicit̄  
ve qui condūt leges iūquas et ſcribentes iūſticiā ſcrip-  
ſerūt vt opprimerent iudicio paupem. vñ p̄ſal. Sedet  
ī inſidys cū diuitibus ī occultis vt iūterficiat inocentē  
zē. p̄ly enī ſimiles ſunt caſtori de quo narzat ſolinꝝ li.  
iii. ca. xxxv. qui cū hominē iuaſerit ipſum n̄ deſerit quo  
uſq; oſſa eius d̄fregit. Sic tales paupes ī pace non p̄-  
mittūt quouſq; totaliter eneruauerit. vñ michēe tertio  
pelles. eorū deſuper excoꝛiauerūt et oſſa eorū d̄fregerūt  
et d̄ſciderūt p̄m̄ tñ iexcusabiles ſunt et tñ aliena capi-  
unt. quibꝝ Ambro. li. i. de of. loquit̄ Diues iquit̄ eras  
que ergo ex cauſa aliena rapiebas egeſtas non d̄pulis.  
Ideo te feci diuitem vt excuſatōꝝ nō haberes. Te feci  
potentem vt nō iſeres ſed repelleres violentiā. capi te

igitur egenū et pauperē de manu peccatoris liberate.  
nā teste seneca epi. lxxix. Ea isti faciūt q̄ creature irra-  
tionales facere abhorrent. Quoniā teste aristotile li.  
vi. de animalibus. nō est modus auiū vnius speciei q̄  
vna dmedat aliam Isti tamē suos fratres deuorauerūt  
Vnd michēe. ix. qui dmederūt carnem populi mei. nēpe  
attendere debent quoniam pauperes exaudit dominus  
qui tñ paupes contra eos clamant et iusticiā a deo pe-  
tent vnde ecclesiastici. xxxix. Lacrime vidue. ad maxil-  
las descendunt et ascendunt vsq; ad celum. et deus ex-  
auditor nō delectabit ī illis scz principibus tyrannis.  
quoniā ppter multitudinem calumniarū clamabunt. vt  
dicit iob. xxxv. Ve igitur qui congregat auariciā do-  
mū sue quia de pietate lapis clamabit scz contra eū vt dicit  
Abbagus primo. narrat em petrus damiani d quodā qui  
primus morti erat et a sanctis andrea et grego. valde  
affligebat quia sex numos a paupercula vidua acceperat  
Vnd eccles. xxxiii. qui offert sacrificiū ex substantia pau-  
peris quasi qui victimat filiū ī conspectu patris. legi-  
enim de Tiberio ī cronicis breuibz q̄ cū sibi suaderet  
vt tributa augmentari iuberet respondit. boni īquit pa-  
storis nō est pec2 deglutire. vnde psal. xxxiii. ve qui p-  
datis nōne et ipse pdaberis. Hly em crudeliores sunt  
lupis. quia de lupabus ī hystoria romunorū legi-  
nutrierūt romulū infantē expositū bestys. isti vero pau-  
peres subditos tanquā lupi rapaces lacerant. vnde cri-  
sostimus omelia. xxxiii. quid iquit ouis ī medio luporū  
quid columba ī medio accipitrū. impi2 em iudex siue  
dominus vt leo rugiens et vrsus esuriens princeps ipi2  
sup pplm paupē. nā paupes sunt sic oues ī medio lup.  
Capitulum. xi. Exemplū atheniensū d iusticia p̄cipū  
Exemplū atheniensū qui iusticiam p̄prie como-  
ditati p̄tulerūt. vnde narrat valerius libro. vi.  
ad Tiberiū capitulo quinto q̄ cū themistides  
atheniensis regem grecorū fugasset. eiusq; thesaurū ag-  
gregasset studere cepit qualiter atheniensibus greciaz  
subiugare posset. cū igit deliberatione die quadā athe-  
nensium consiliū igressus fuit vbi erāt septem sapien-  
tes deputati p̄t atheniensibus mos erat. Postulauit  
igitur themistides vt vn2 eorū secreto consilium suum

audiret. et si valeret palam diceretur. si vero non silen-  
tio teneretur. Destinatus igitur fuit Aristodes cui se-  
crete dixit bonum esse ut cum classibus suis lacedemonu-  
neues vicinas eis subiugaret. quia exinde posset mari  
dominari et consequenter grecis emulari. nam licet a-  
thenienses greci essent. grecos tamen ptunc aduersari-  
os habebant. rediens igitur aristides ad consilium quod  
themistides dixerat narrauit. quo audito ipsi septem  
sapientes vnanimiter concluderunt. non decet inquit re-  
istam facere quia et licet speciem videatur habere pru-  
dentie tamen contra dicit iusticie patz igitur quod veter-  
es olim plus iusticiam quam ppriam comoditatem ama-  
uerunt. narrat igitur valerius li. v. de corzulo ciro qui  
ad euitandū sediciones. leges constituit ut consiliū ci-  
uitatis nullus cum gladio intraret ipse tamen corzuli-  
ex longinquo itinere veniens oblitus est deponere gla-  
dium quo p̄inctus erat et ita concionem intrauit Cum  
igitur monit⁹ fuisset d̄ fractione legis ipse statim sur-  
rexit et super gladiū quem habebat incubuit sp̄ote ma-  
lens mori quaz iusticiā seu legem p̄ eū violari. Ideo ca-  
tho inquit. patere legem quā tupsē tuleris Et licz ī hoc  
imitari non debeat quod seipsum iterfecit. ī hoc tñ amorē  
iusticie quē gerebat ostendit. verūtamen exempla viri-  
boni et p̄cipue boni principes iusticiā affectuosissime  
diligere debent ut tanquaz dies vera equitate luceant.  
cur em̄ antiquitus d̄sules romani paupimi fuerūt nisi  
quia maluerūt iusticie fauere quā iusticie detrahendo  
quouis modo ditari. P̄ hoc em̄ paupratē narrat aug⁹.  
li. iiii. de ci. dei ca. xix. vnde valerius ī suo d̄sulatu tam  
paup extitit ut de re collectis a populo nutrire tur. nar-  
rat insup vegeri⁹ li. iiii. de re militari quod cū quidā regu-  
lus de hostibus victoriā habuisset et ad magnos vo-  
cicaretur honores. ipse tñ ī solita pauprate voluit man-  
ere. insup augustm⁹ vbi supra d̄ quincio narrat quod de  
pprys manibus terram colebat quā fuit ad ducatu vo-  
catus. cū vero dux factus fuisset solitam paupertatem  
nō p̄termisit. Et concludit ibidē quod plures a consulatu  
et senatu repulsi fuerūt. quz munera p̄ iusticia subuer-  
tenda sumpserūt. quoniā sicut dicit deutro. xxi. Domi-  
n⁹ aduersat erga omnē iusticiā. ceterū narrat valerius

li. v. et augustinus quinto de ciui. dei ca. xviii. quoniam  
brutus p tribunali sedens filiis suis nō peperit. vñ qz  
Tarquinū exulē reipublice dissipatorē reducere vole-  
bant id eo prios filios virgis fecit cedi et securi pcuti  
vnde virgilius. natos te pater noua bella mouentes.  
ad patrem pulcra pro libertate vocauit. Et Heliman-  
dus historiographus narrat de Elyo qui cū senex essec  
et impatoris exercitiū exercere nō posset oblatū fuit si  
bi vñ ppiū filiū impatorē constitueret. Ipse autem re-  
spondit. Sufficere iquit debet vt ego ipse regnauerim  
cū non mererer. quia nō sanguini sed meritis pncipa-  
tus debetur Ideo sapiens ecclesiastes. vii. dicebat. no-  
li querere fieri iudex nisi valeas virtute p̄umpere ini-  
quitates. Ex hys igitur patet qz licet amuniter homo  
vincatur. parcere. aut sanguinis amore aut etiam lau-  
dis cupidine vt iquit augustinus libro octauo d̄ ciui.  
dei capitulo. xv. nihilomin2 tamen veteres omnia iu-  
sticie postposuerūt. quoniam ancilla scz omnis favor  
atqz vtilitas postponēda est iuri. quoniā impy iudices  
in corruptione sua pibūt p̄cipientes mercedem iusti-  
cie vt dicitur prima petri secundo

Capitulum. xii. quomodo victoria a deo est.

on ī multitudine exercitus victoria belli sed  
de celo victoria est vt dicit primo machabe-  
orum. iii. vnde moises man2 ad celū leuabat  
et ita vincebat. vt dicit Exodi. xvii. nam sicut in archa  
hoies saluabant eoqz ipsa erat supra aquas Sic etiā si  
mens d̄templatiua fuerit ad celestia tendens. et aquis  
id est vanitatib2 si p̄fuerit saluari poterit. vñ deut.  
xx. Appropinquante bello stabit sacerdos ante aciem  
et sic loquitur. nolite metuere quia dñs noster ī medio  
est vestri Sic etiam theodosiū fecisse legimus. quia sic  
legit ī historia romanorū cū se vidisset a suis hostibus  
circumseptum orationibus vacari cepit et signo crucis  
anteposito victor effici meruit. Sed quid dicemus de  
hiis qui ī p̄pia virtute d̄fidūt. et archam id ē paradi-  
sum ingredi non curant. quinimo ecclesiā virosqz ecclesi-  
asticos ifestant p̄sequuntur et laniant Tales em̄ in mo-  
mento peribunt. quia dux eorū diabolus interitū eorū  
querit. narratur ī historiis p̄allegatis romanorū qz

quidam dictus Maschelyech romanus quidē p̄ potēs  
ecclesiam dei violauit et ī ea existentes crudeliter ex-  
traxit. Ideo turpi excidio interyt. Attendamus igitur  
historiam de achille quam ibidē legimus de quo ferē  
q̄ cū italiam dissiparet ad eum accessit vir sanctus leo  
papa dicens vt ī ceptā crudilitatē dimitteret. sed pa-  
pa mortuo interrogatus fuit. Cur papa sic presto obe-  
diuisti. qui respondit q̄ papa sibi loquente senem re-  
uerendum viderat gladiū in manu tenentē. terrore cō-  
stantum expauit q̄ nō obedire non ausus fuit. Itaq̄  
ecclesia non debet a pugnatoribus iterimi. Vñ narrat  
paulus dyaconus libro. xii. historiarū suarū Et orosius  
libro. viii. de ormeſta mundi q̄ cum romani a gottis  
captiuarentur illi soli euaserūt qui ī nomine casti eccle-  
siam ingressi fuerūt. vñ gotti romanos capere poter-  
ant. sed ob reuerentiam nominis cristi ī ecclesia manē-  
tes liberos dimittebant. quamobrem augustinus pri-  
mo de ci. dei romanorū ingratiudmē increpat eoq̄ dice-  
bant nomen cristi eis obfuisse. et tamen eorū ydola suc-  
currere nō valebant. Ideo ipsi ī noīe cristi liberi facti  
fuerūt. Ex qua historia inferūt aliqui q̄ ab illo tempo-  
re citra principes temporales libertatem ī ecclesia ma-  
lefactoribus concesserūt quoniā laus eiꝰ ecclesia san-  
ctorum inquit p̄pheta.

Capitulum. xiii. de principum humilitate.

Vperbia semper petit casum. nullꝰ igitur pri-  
cipatꝰ stabilis vbi supbia regnat. vñ gen-  
xi. dicitur q̄ homines p̄pter superbiam suam  
turri erexerūt. et exinde ipsi qui vniꝰ iudeomatis erāt  
diuisi fuerūt. Attēdamꝰ em̄ quoniā supbia diuisit an-  
gelos supbia de pressit neronem omnis q̄ sedicio a su-  
perbia exordiū accepit iudeo seneca lucillū sic monebat  
cunctis esto benignus. omnes tibi pares facies iferio-  
res superbiendo ne contempnes. supiores debite viuē-  
do non metuas. vñde in libro de nugis philosophorū  
de julio cesare legitur q̄ suis militibus nunq̄ dicebat  
ite sed semper venite. quia sc̄z nō solum volebat sibi ser-  
uiri sed etiam seruire p̄mptus erat. De quo ibidem le-  
gitur q̄ cum quidam veteranus quadā die dum dama-  
naret coram iudicibꝰ rogauit cesarem vt descenderet

et iuuaret eum. cui cesar dedit bonū aduocatū i sua ad  
uocatiū. cui veteranus ait. Ego inquit te perclitante i  
bello Asiatico nō quesui aduocatū sed ego pro teipso  
pugnaui. vide inquit vulnera que p te suscepi. Tunc ce  
sar videns vulnera erubuit et mox ad verbum eius de  
scendit timens ne superb2 aut igratus videretur. vnd  
dicebat Ille se militem nescit amare qui nō laborat vt  
militibus carus sit Insuper seneca libro quarto de ira .  
de humilitate Antigoni regis narrat q7 quadam nocte  
audiens suos milites sibi cōtra dicentes eoq7 romē ip  
sius onera maxima differebant. Ipse igitur antigon2  
clandestine descendit et ipsis nescientibus quis esset  
eos iuuabat i portandis onerib2. ipsisque tandem dix  
it. Nunc inquit maledixistis antigono cuius vicio in  
has miseras incidistis. Nunc igitur bene optate ei .  
quia eius laboribus interuenientibus penam grandem  
euasistis. Ecce igitur quanta principum humilitas .  
Sed nunc posco quid dicemus nisi quia fastum et su  
perbiam querunt. Et principes in suo sceptro glorian  
tur. Duces in solio Et imperatores in diademate glori  
antur. Sed reuera vir quantumcumq3 sublimis existat  
attendere debet illud job dicentis. Spiritus me2 atte  
nuabitur et dies mei breuiabuntur. et solum mihi su  
per est sepulcrum. Vnde ihesus filius Sirach dicebat.  
omnis inquit potestas vel principatus breuis vita Et  
solorius philosophus de alexandro loquens sic dice  
bat. o q7 friuola gaudia mundi quaz rerum fugitiuus  
hōnoz. nam cui non suffecerat orbis modico fossa suf  
ficit terre. Hoc enim non attendunt huius temporis  
principes. sed in suis fastibus assidue eleuantur. alex  
andro similes De quo narrat valerius libro octano . q7  
quia audiuit a quodam suo comite q7 plures mundi es  
sent. ideo non contentabatur vni mundo principari .  
de quo scilicet alexandro egregius versificator sic ait.  
vir bone quid curas res viles res perituras . nil profu  
turas dampno qnq3 futuras. nemo diu mansit i turbie  
sed cito transit. Est breuis atq3 leuis i mundo gloria q  
uis. Qui fuit hic imus hic erit ordine prim2. vñ quātm2  
narrat q7 vir quidā can2 alexandro dicebat. vide inquit  
ne cadas cū pueneris ad culmē ad qd puenire dēdis

Merito igitur Sapientie quinto dicitur. quod vobis p  
fuit aut diuicias iactantia quid contulit. transferunt  
omnia sicut umbra. Et Hieremie tricesimo primo dicit.  
Statue tibi speculum pone tibi amaritudines. dirige cor  
tuum in viam rectam. scilicet humilitatis et gratie. o q̄  
indocta est illa persona que de se presumit et de vita  
fragili atq; incerta eleuatur. Vnde innocencius papa  
superbos sic alloquitur. Cur inquit superbis vermibus et  
cinis. cur diuicias pauperibus disperendas ac cumu-  
las. cum propheta dicit Dormierunt somnum suum et nihil  
inueniunt viri diuicias in manibus suis. Vite igitur  
breuitas possessionum instabilitas hominem sapientem  
et humilem reddunt. Posco enim a memoreus histo-  
riam valery. vii. narrantis de quodam rege cui cum dy-  
adema traderetur diu considerauit quaz capiti impon-  
eret dicens q̄ dyadema magis facit hominem nobilem  
q̄ felicem. quia si quis cogitet quantis sollicitudinibus  
et periculis dyadema sit plenum nunquam reciperet ita  
ratione principatus non eleuabatur sed humiliabatur  
vnde seneca. Altiori inquit rei te non imponas. quia sta-  
tus tremendus atq; regentibus peris instat in pericu-  
lum quaz subditis. quia princeps omnes timet. ceteri  
vero vnum principem timeunt. Et concludit. Si vero in-  
quit prudens eris vbiq; idem eris. et non extollaris  
laudatus. nec turberis iniuriatus.

Capitulum. xiiii. De castitate principum.

Princeps incontinens subditorum maculat vitam  
suo prauo exemplo. vnde timendum ne luxu-  
riosus princeps subditorum filias et coniu-  
ges violat. Magna igitur securitas in domino est si ca-  
stus princeps extiterit. Nempe viri veteres et cele-  
bres castitate florentes laudis premium vsq; huc me-  
ruerunt. Queso enim vt Scipionis castitatem memo-  
remus. narrat enim vegecius libro tertio de re militari  
capitulo decimo. q̄ Scipioni Africano virgo pulcher-  
rima et nobilis adducta fuit quam licet naturaliter af-  
fectaret. nihilominus eam diligentissime custodiuit.  
Et cum captiua esset eam redemit. suoq; sponso qui  
non dum eam cognouerat virginem tradidit.

Cuius nomen Altius et p dote nupciali munera grā  
dia prebuit. Simile etiam de alexandro legimus. In =  
super de octauiano legimus in polierato libro primo  
capitulo .x. quomodo virgo Cleopetra ad eum accessit  
cuius q; ocul2 ratione pulcritudis sollicitauit Verūn̄  
eius pulcritudo pudicicie nō obfuit. vnde p̄ceta. vul  
tus ad est precibus faciesq; intacta p̄cra. Ceterum ve  
secus libro quarto capitulo tercio Narrat quomodo  
Hannibal vigilis et abstinentys corp2 suū macerabat  
per quam abstinentiam extinguebatur. legimus insup  
abstinuisse gaium put narzat Polieratus libro quinto  
capitulo sexto Et ideo ecclesiastici .x. dicitur. ve terre  
cuius rex puer est. et cuius principes mane comedunt  
beata autē terra cui2 rex nobilis est et cui2 principes  
vescuntur in tempore suo. ad reficiēdum subaudi. nō  
ad luxuriandū. Attendamus enim quō amor mulieris  
eneruauit Sampsonis potentiam. infatuauit sapienciā  
Salomonis. fedauit sanctimēniam Dauid regis. put  
ait jeronimus epistola .xxx. Et subdit. nec salomoni sapi  
entior nec dauid sanctior. et tamen vterq; a muliere d̄  
ceptus. nullum enim imperium durabile nec p̄ncipa  
tus stabilis quando regnat in p̄ncipe libido luxurie  
vnde polierat2 libro sexto capitulo .xii. dicit q; ip̄erū  
romanū exhaustum est nerone imperāte cui2 gula om  
nia duozauit et maculauit. libido exhaustit. auaricia et  
superbia cum luxuria exmaniuit. Insup Egesepus li  
bro primo loquens d̄ anthonio. Ille inquit scilicet an  
thonius non victus est virtutibus tuis. sed magis vic  
tus est moribus suis. vicit enim eum cleopatra vxor cū  
qua maluit vinc̄i q̄ sine ea vincere. Nunquid cū valeri  
us narrat qualiter vrbs bolmiensium erat oprime legi  
bus regulata. Sed per luxuriam plapsa est Et ideo cō  
cludit. Quid fedius. quid dampnosius est luxuria per  
quam virtus at̄ eritur et sempiterna gloria in ifamiam  
vertitur animiq; et corporis vires expugnatur.

Capitulum .xv. de moribus principum.

icit augustinus prime de ciu. dei cap. xxi  
et narzat versum poete dicentis. Mori-  
bus antiquis res stat romana. nā q̄diu ro-  
mani morales fuerunt tam diu orbi prefu-  
erunt. vnde idem augustinus libro quinto de ciu. dei ca-  
p. xiiii. verba cathonis narzans dicit. nolite iquit estima-  
re maiores vestros armis rempublicam augmentasse.  
nā si ita esset vobis adesset equorū armonūq; copia. res  
igitur publicā augetet. sed rempublicam libido et am-  
mauit. auariciaq; opulentiis priuauit. nam quia lau-  
damus diuitias sequit̄ iertia. Ideo iuxta bonos et ma-  
los nulla differentia datur omniaq; virtutis et tanq̄  
premia ambitio possidet. Nec i effectu dicit August.  
Ex quib; verbis ocludit̄ q; morales virtutes republi-  
cam manu tenuerūt. Atq; exinde colligitur q; vita spi-  
ritualis in h; modi moribus consistit et roboratur. Vnd̄  
augustinus libro. i. ca. xxxiiii. loquens de scipione dicit  
q; non censebat ille s; Scipio rempublicā esse felicem  
ruentibus moribus. Et eodem libro ca. secundo. Et ro-  
mani iquit deciderūt nō muro; casu s; morū defectu  
neq; ignibus eorū tecta ardebant. sed corda cupiditati  
bus iardescabant. atq; presidendi pcti; quaz corrigendi  
voluntas romanos detriuit. Et quia quasi homo ciui-  
tas est. Pluius valere sunt sensus. Ciues q; vires siue  
anime quibus imperet voluntas. debet igitur tanquaz  
ciuitas moribus ornari. quia sicut ait Seneca epistola  
xl. Mos est mentis habitus ex quo singulorū oporū assi-  
duitas manat. Item polycrat; libro quarto capitulo iii.  
dicit q; a virtutib; fiunt mores et a moribus virtutes  
acquiruntur. Sed quia multi vicia prauos mores non  
credūt apter assiduitatem vt ait Seneca lib. d. vita bea-  
ta. Ideo absq; pudore hoies criminibus seruiunt. virtu-  
tesq; non curant acquirere. Et concludit idem Seneca  
q; aliter est agendū in via morū et aliter in via pedum.  
quia i moribus non est tuta via quā sepi; multi sequūt̄  
sed i via pedum frequenter contrariū est. Et si mores  
